

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

De Forma, Et Charactere Sacræ Eloqventiae. Liber Decimvsqvintvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

eis s̄apē succeditur, in hac nunquam. Ecce quid valeant statuta legum, ecce quid proficit diffinitio sanctionum, quas illi spernunt maximē qui ministrant. Sane ad patendum humiles abiectique cogintur; compelluntur iussis obtemperare pauperculi; & nisi obtemperauerint, puniuntur. Eandem enim rationem in hac re habent, quam in tributis.

Soli iussis publicis seruiunt, sicut soli tributa solunt: ac sic in ipsis legibus, & in ipsa iusta rerum præceptione maximum iniustitia felus agitur, cum ea minores quasi sera obliterare coguntur, qua maiores ingiter quasi nulla conculcant.

(•)

Finis Libri Decimiquarti.



DE FORMA, ET CHARACTERE SACRAE ELOQVEN- TIAE.

LIBER DECIMVS QVINTVS.

*Conciona-
toris egre-
gij laus.*

ÆRET intimis affixa sensibus nostri Theophrasti memoria, qui licet naturam expleuerit viuendo, nobis tamen immaturus obijisse videtur; tantum sui desiderium bonis omnibus reliquit. Et eius quidem virtutes posterior ætas intuebitur, nec unquam de tanti viri sapientia, fide, religione, constantia, & assiduis in propaganda Crucis gloria laboribus contineat. Scis ipse N. qualis, & quantus fuerit, nec apud imperitum loquor. Mihi quidem virum illum planè admirabilem in hac ferrea hominum ætate, quasi auctri generis particulam ostendisse natura videbatur, cuius vita perpetua fuit vitiorum censura, norma morum, clarissimarum virtutum imago; Vox autem iuge quoddam sapientie celestis oraculum. Erat illi ingenium velox, pectus sapientia, & virtutis ferax, mens acris, præcelsa, & volucribus (ut ita dicam)

flammis semper accensa; Quæ neque asperitatis rerum imminuta torpesceret, neque blanditijs oppressa connueret. Corpus etiam ipsum laboris patiens, atque illius stature & maiestatis, quæ tantæ mentis pondus comodè sustentaret. Cumque à puerò magnorum artium fontes imbibisset, quibus prodelse aliquando mortalibus posset, non le vnius verbis parietibus conclusit, sed magno animo in totius generis humani commercium emitit. Emicuit tum illa non ancillantis facundie misera quædam necessitas, sed vis dicens quædam ineluctabilis, quam timerent improbi, venerarentur boni, ipsi terrarum principes formidarent simul, & diligenter. Et cum per rot annos in his concionum festibus iactarentur, numquam inexhaustus ille fons arescerat, sed vt Oceanus, qui aquas colo, & terris præbet, in suis semper euribus totus est, atque integer, sic ille le rebus humanis ita impendebat, vt dare quidem posset, nihil posset desperere. Nec mirum si tam diuturnus ingentis illius Oratoris vigor fuit, hærebar

Habebat enim in altissimarum virtutum pie-
tatis, demissionis, patientiae, charitatis nixus
radiebus. Nostri quale fuerit eius cum Deo
contubernium, cum non fecerit ac hominum
cunctos Angelus, in exteriora quidem se diffun-
deret, hararet tamen totas origini sue, & in
se vndeque per reciprocos veluti diuini amoris
circuitus remearet. Nihil opinionis causa
faciebat, omnia conscientia, patriam suam
celum perpetuo intuebatur, & Praesides An-
gelos supra se circumquaque stantes dabo-
rum, factorumque censores, vitam omnem
existimabat aut supplicium, aut militiam, de-
licatum vero otium viui hominum sepulturam.
Quamobrem opposuit se dum vixit mutum
pro domo Dei, sicut in Ecclesia propugna-
culum coronatus, & mollis, sed pulcherrimus,
& coloratus. Contra impietatem, con-
tra vitia, contra torrentem resum humana-
rum impetum eluctatus est, eo semper animo,
vt aut vincere, aut gloriari operis clauum te-
nentem tempestas obviceret. Pugnauit, vicit,
spolia in celum premisit, mox ipse inter ce-
lestium palmarum fructus spiritum exhaustus,
vir & vita flore, & mortis opportunitate, di-
uino consilio ortus, atque extinctus. Sed hec
alij plenus. Mthi vero peropportunum visum
est, praestantissimum hominis presentium de-
sideria eloquentia eternum bene meriti iudicium
hoc libro inferere, ex ea disputatione, que illi
fuit cum Logodælo postrema, vt non imme-
rito Cygnæa diuini oratoris canticio possit ap-
pelari.

Oium
vni ho-
minu se-
pultura.

Cygnæa
cantio.
Ocasio
Dialogi.

Redibamus forte ex concione cuiusdam
adolescentis, ex eorum numero qui cruda ad-
huc studia propellunt in publicum. Hic cum
declamationem, non enim concionem dixe-
ro, lenoculis rhetorum floribus aperiam reci-
taasset de pulpito, magna, ut erat lingua volu-
bilitate, gessusque non inconcinna gratia pre-
ditus, videbatur impetratorum qui tum aderant
iudicio non mediocrem laudem consequetus.
Alij quippe laudabant mellitos (vt ipsi aie-
bant) verborum globulos, quibus tota oratio
perpuebat. Alij in celum efferebat laudibus,
descriptionem quandam Aurora, delicatissi-
mis expressam lineamentis, viuissime colori-
bus illustratam, que ramen argumento ita co-
hiebat, ut ceruix equina cum humano capite,
quod belle dixit Horatius. Alij reconditam
viam sapientiae mirabantur, quod tam subtili-
ter Andromedam, cum natura humana, Per-
seum cum Christo, Danaen, cum Beata Vir-

gine, & nescio quem Pandore calceum, cum
eterna beatitudine comparaserit. Ceteri qui
studiosiores opinor eloquentiae videri volebant,
quidam eius in Pilatum & scribas, & Pharaonem,
tabiosulas sane, sed inutiles inuetivas
predicabant.

Qui minus ingenio poterant, calorem con-
tentions, & vibrantes oculos, & digitorum
argutias, & pedum supplosiones, & pulpiti as-
sicuas verberationes diligentissime notaue-
rant.

Nec mora, iam penè ab omnibus quasi au-
reus Sudæ partus iactabatur. O felicem (aie-
bant) matrem! que tantum oratorem peperit,
& quod excrescit illa inde? qualis erit furor
meridianus, si tanta prima lucis riserunt cre-
puscula? Adsum etiam è Poëtarum grege, qui
diceret:

Cedite doctores Romani, cedite Grayi,

Nescio quid maius nascitur Ambrosio.

Nos qui piem fauis bus propinatas adulatio-
nes ferre non poteramus, cum Theophrasto
nostro secessimus in exedram. Nam & ab eo
le scitari remotis arbitris auebamus, quid de
tota hac ratione concionandi sentiret. Itaque
cum opportuno loco ad imaginem D. Pauli
confessi, item us, rogaui, & per eius expreſſio in
cera vultu, quem tantopere diligenter, ne quod
ab eo se pè quæſitum esset, & aliquando pro-
missum, de litera eloquentia iudicium bonæ ſi-
dei debitor, interponere veteretur. At ille re-
motis excusationibus, quibus se pè viuntur,
qui sunt carius inepti. Dicam evidenter quod
censeo pro mediocri ſu, & facultate, quam
mihi tringinta fermè anni in his concionum la-
boribus exacti attuerunt. Nihil autem in ho-
mine dicatum velim, quem mittere nec po-
tius quam castigatione dignum puto, & forſa
ſe letijs eger monitoribus, quibus ad veram fa-
cientiam poſſit informari. Vos de te quiequid
eſt, non de persona accipite.

Sæpenumero mitati soleo depravatam Profunda
iſus eloquentie licentiam sine fronte, & occu-
doctrina-
lis, nihil enim aut veretur, aut videt. Heu quo uſus fre-
rerum deuenimus? Ecclesiæ penè ipſas in quæſis in
ſcenæ, & conciones in theatralis ludos nituntur faciū exca-
tur conuertere. Ignoscantur hi ſepulti priori
ludos. Ignoscantur hi ſepulti priori
rum manes, ſed puto eorum cineribus, ſi quis
modo ſenſus eſt, iniuri doarem, cum hæc
iactantur in templis, que melius inter ludib-
rundas aures in circulis, vel etiam theatris
narrarentur. Nobis certe adolescentibus dice-
batur a magistris eloquentie, Atheniensēs cū
Aaaa ludos

ludos gladiatoriis malo vicinarum urbium more, & exemplo, in suam urbem admittete percupient, Demonætem, qui tum cerebatur in ea Rep. clarissimus, grauiter obstatte. Quod enim aiebat gladiatores cum misericordia, quæ in vrbe vestra (Athenienses) delubris & aris colitur? vel cruentam illam hominum lanienam expellite, vel certe aram misericordiæ, quæ præ vestris stat oculis, euerite. Neque enim has est ista quæ moribus diuinissima sunt, iijdem sedibus commissari.

Mihi vero idem, in re haud multum dissimili contingit exclamare, quod mihi fabula cum veritate? quod mihi phalera verborum cum sanctimonia? quod cum igne vigili, & tremenda Christi ara Silenorum, & Satyrico rum lusus? Ita primum sacras imagines è templis conuelite, ignes extinguite, aras subruite, tollite mihi istam speciem plenam grauisimæ sanctitatis, quæ vel impiorum sensu tacito quodam maiestatis fulgore perfringit. Vel certe si pudet tolire, tot religiosis nostræ pignora, quæ contra vanitates istas clamant, obnubite, tum fabulas narrate, quanquam terram ipsam piè sancteque consecratam, nisi eradatis, ad has voces indigna tumiri credidimus. Fuit quondam tempus illud, quod instar grauissime matronæ sacra in publicum procedebat eloquentia. Nunc autem pudet dicere, sed piget tacere, hac, ut leuis meretricula se lenocinijs & fucis insinuat, haud enim negat, quod ipsa talis sit, nec si velit possit: nec si posset velit.

Ezec. 16.3. Quin audiet statim: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, & quando nata es in die ortus tuu non est præcisus umbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec innoluta pannis. Quæ enim radix Chanaan nisi Gentilites? Ecquid pater Amorrhæus, nisi quem sibi singunt auctorem, & Deum eloquentiæ Mercurius aliquis aut Hercules Ogmius? Ecquid Cethæa mater? nisi Ethnorum, Sophistarum schola? Quid umbilicus minimè præcisus? & aquæ salutaris, ac salis, panorumque inopia, nisi sordes, & stultitiam, & nuditatem, istius denique impudentis turpitudinem prædicant. O mores! adeone generofus ille sanctorum patrum spiritus extabuit in nobis, vt pudeat eos agnoscere, qui nos tamen (si modo Christiani sumus) in Christo genuerunt? scilicet pudor est cum Petro, &

Paulo, cum Matthæo, & Ioanne oqui, sunt enim barbari, & lingua, voceque absoni. Qui igitur diurnis, nocturnisque terendi manibus, qui apud molles cathedras appellandi? Philostati, Ouidij, Plinij, Plutarchi; addite etiani Petronios, Apuleios, ita illi ipsi, quos æternis tenebris sepelire oportuit, prodeunt non in scholarum umbracula, iam enim commune est, sed in suggestum concionatorum, & in hanc lucem Christiani nominis, quam ipsi reuiviscerent auctores, non audent intueri. Tertullianus, libro de idolatria Ludimagiスト, qui fabulas Poëtarum docent. Affines esse aut multimodo idolatria. Primum quibus necesse est Deos nationum prædicare, numinas, Genealogias, Fabulas, ornamenti honorificæ quoque eorum enunciare, tum solemnia festaque eorumdem obseruare, ut quibus vettigalia sua supponant, ipsam primam non discipuli stipem, Minervam, & Honori, & nomini confessare. Quo igitur in numero fabulosos concionatores censuerit? Adeone sacrarum litterarum fontes exaruerunt? Adeone ecclesiæ eloquentiæ flumina sunt exhausta, vt à Luciano & Herodoto, & Paulania, & si quid est istius satina hominum, quarendum sit quid dicas, aut quomodo concioneris? Audiuunt illi sacris authoribus frequentius immixti, laudantur eorum sententiae, & loquentur mortui in Christianorum pulpitibus, nonnulli quos viuos Epicurei admissent. Commisceatur Christus cum Orpheo, vt in Alexandri Imperatoris Larano Blato: Atticus cum Paulo, cum Petro Thucidides, & Lucas cum Apollonio: Praeclarum scilicet mixturam, & quid restat, nisi vt Deiparam quoque Virginem, cum Hélène confundamus? Absit verbo inuidia, sed timendum est, ne qua hic cœc estis iralatet quem nostri sensus satis non agnoscant. Audio sonantes minas. Venite confundamur lingua eorum. Ecquid aliud sunt quam lingue miscellaneæ & confusa tot profanorum autorum idioma? quos certe qui spretis Catholicis scriptoribus conantur ingerere, Babel astreunt, quam Deus spiritu otis sui exsufflat. Deinde plaudunt sibi miseri, quasi pulchri sint, & beati, quod ab impenitus forte adolescentibus hac eorum plausibus celebretur eloquentia. Heu quâ carè leues illi fumi gloriosæ constabunt, nisi fortè satis magnum præsidium arbitrantur in sua eloquentia positum, vt se aduersus tremendum summi iudicis Tribunalis

Adonidis
burti.

Baruch. 3.

4.

bunal defendant, cum ab ipsis Dæmonibus accusabuntur, quod spreta litterarum saecularum maiestate pleia sanctissimæ eruditio-
nis, ad nugas, & quisquiliis deflexerint, qui-
bus, ne Adonidis quidem horri, quos ipsi me-
morant magis steriles vñquam fuerunt. Sed a-
lia est ratio eorum, qui hæc parç, & sapienter
vñspant alia eorum, qui totas conciones his
delicamentis infierunt: qui debebant hoc ful-
men Baruchi attendere. Elij Agar qui exquir-
runt prudentiam, que de terra est, negotiatores
terre, & Theman, & fabulatores, & exquisito-
res prudentie, & intelligentie, vīa autem sa-
piens nescierunt, neque commenti sunt semitas
eius. Hæc & iu quodam mentis Theophrastus
noster effudit, ad cuius orationis grauitatem
cohorruerunt, qui prius ad molliorem dicen-
di rationem videbantur propensiones, neque e-
cum ruerunt in se fulminis pondus aut expe-
ctare poterant, aut auferere. Nonnulli etiam
ex imperitorum numero minus assequuti,
quid veller hæc oratio; iam palam omni elo-
quentia decernebat exilium. Itaque di-
ples ore substinximus, donec tam austерum
sermonem exceptit Logodesdalus, vir cetero-
qui bonus, sed qui orationis cultui studere vi-
debarat impensis, quanquam ab istis ineptiis
longe aberat, quas tam acri castigatione
Theophrastus verberarat. Ille igitur ut patro-
ciniūm suscipiet eloquentia, quam habebat
in delicijs.

*Externa
disciplina*
non sunt
perit, nemo excusat, nisi sit ipse demen-
tia. pudienda.

Verum subit illud interdum querere sit ne
aliqua in rebus diuinis adhibenda eloquentia? Invenias enim permultos homines alioqui
minimè malos, sed in ea parte nimis (ut at-
bitor) austeros, qui quod ijs à puro non
sunt attributi informati, quibus ingenia ad ho-
nestum excitantur decus, eloquentiam quam
se assequi posse diffidunt in alijs reprehendunt,
quod non tam charitate communi, quam sui
amore, & gloriæ cuiusdam inuidentia stimulis facere videntur. Nam cum ipsi maxi-
marum artium sint imperiti, alieni ingenii
floreum agri oculis intuentur, & malunt
quod cuique facilius est, bonas disciplinas con-
temnere, quam ad eas ingenium cum multis
qui in eo puluere à viris doctis exhortentur la-

boribus applicare. Fucum igitur omnem elo-
quentiam esse dicitant, proprium gentilitatis
bonum, Christianis hominibus indignum, fla-
bellum vanitatis, nidum superbiae, idolorum
denique seruiturem: quibus sane verbis nimis
atrocibus, æternum videntur optimis artibus
exilium indicare; Sed hæc tolerabiliora vide-
rentur, si qui hanc prædicant immoderatus,
aut Apostolorum sanctimonia florerent, aut ut
aliqui Thaumaturgi præpotenter ad quælibet
miraculorum genera expedirent manum;
sed cum ipsis homuli sint consilij, & mentis in-
opes, agre mali persuadent, ut alegatis hu-
manis præfidis, quibus vitam, & res nostras
divina providentia dispensat, et otium & desi-
diam confugiam. Quamobrem dum vacui sumus,
& iam caelestis fatis res visa est, cupio, &
eorum rationibus occurrere, & eloquentia de-
cus, atq; honestatem ab iniuissima calunnia
 vindicare.

Primum sciscitari ab ijs doctoribus velim, eloquentia
malumne puerit ex se eloquentiam natura-
lem? malam certè nemo dixerit, qui modo sa-
ngem mentis fuerit: nam quod homo animal pro-
uidum, sagax, acutum, plenum rationis & con-
siliij, intimos animi sensus oratione quasi exi-
mio quodam mentis simulachro depromat,
hoc donum Dei est minimè contemendum.
Itaque & qui in ea re vberiores sunt & acutio-
res, hos quasi meliore ecclii rivo irrigatos a-
mamus & suscipimus. Quid igitur sit à natura
nihil mali est, ab arte ne quid lateat veren-
dum est? At quid ars, si modo recta sit, aliud
conatur, quam instram vim natura promoue-
at, incitat, excolat? An si quæ ex ingenij boni-
tate, & iu quodam laetioris consuetudini
existit eloquentia nihil haberet reprehensionis,
tum demum censembit vñiosa, cum laboribus,
& studijs honestissimè culta fuerit. At vero
ars nimis molle, & ornata facit eloquentiam?
certè si iam ornatus & iucunditas accusa-
tur, verendum est ne non tam nobis cum ora-
toribus quam cum Deo ipso præpotenter illius
pulcherrimi mundi artifice, certamen constitu-
tum sit, atq; suscepit. Exsurgat quippe mo-
rus, & dicat, quorū tot micantum syderū
in celo formæ, num satis uno sole collustrati
eccliam poterat? quorū in mari tot margai-
ta, tot flores in terris, tot marmoris, aur. ai-
gentique venæ, quibus sine sui dispendo ca-
ruisset mundus. Quorū hec à summo terū & multa
conditore inducta? num satius fuisset ecclia la-
consequē

Eloquen-
tia defen-
ditur.

Aaaaa z xius ter.

xius amplioresq; terras, vel etiam plures mundos, ad multarum animantium usum fabricare, quam unum tot ex tanta sedulitate conquitis ornamenit expolire? quid artes ipsæ, quæ non patiuntur naturam suo frui ingenio? quotsum tam varie, & tam multiplices inventæ, quanto melius erat vniuersum semel conditum, sive, ut ita dicam, ingenuitati permettere, quam tot exquisitus artificiorum generibus à naturali cursu detorquere? Hæc si quis diceret, meritò ridiculus, ne dicam impius videatur, qui summam Dei in constitutis, ornandisq; rebus prouidentiam ad suam censuram reuocaret: Nec dissimili profecto generi evidentia in humanam societatem iniurij, qui hoc quantumcumque est lingue, & orationis commercium, quo à brutis animalibus distinguimus, est quam ornatissimum vestant, quia vero, qua pars est corporis (si bene castaque regatur) prestantissima neglige omnino atque abjecere debeamus. Sit inquietus ornatæ, & pœxa oratio, nemo vetat, sed id dumtaxat in scenis & theatris, vel etiam in foris, & concionib; in quibus alibi, vel quadrigis triumphare, & magno tremore plausuque celebrari solet. At vero in templo, in ijs domiciliis, quorum tecta ipsa sancta sunt & pudica, quid attinet hanc suadam in factu, & gloria volitatem immoderatus ostentare, quam nec Christiani ingenii mitis simplicitas, nec aures salubrioribus innutritæ succis admittunt: parum abest quin illi obtrudant.

*Qurm. or. natè dice-
re quippe
audit, et
iam verè
dicere exti-
simat.*

*August.
apud S.
Prof.
Sant. 265.*

Aug. 265.

Dicite Pontifices in sacro quid facit aurum? Etenim si tempia, & res diuina carete omnium, & peropertione debent, cur in Ecclesiarum structuram tantus impeaditur labor, vt in profusam laxitatem excurrant, & marmoribus incrustatae fulgeant, vt laquerium dignitati pauperitorum respondent: nitor, vt pictis specularibus, peristomatis, & imaginibus ad certamen, vt que palchititudinis, luxurient? Quorum tam lauta valorum supplerat explicatur: quorum sumeot lychini peniles, tot aromata, tot gemme, tot facies: tot tam accurate munditæ, que spectant oculos, & sensus intimo religionis horito perfundunt? Quin nos reuocatis ad fictilia, quin stultos Salomonos, Constantinos, Justinianos, Carolos dicitis, quibus nihil fuit antiquius, quam æternæ mentis numini consecrata domus singularibus in dies ornamentis, distinguere. Addo, mellitissimos etiam

symphoniacorum cantus, dulcesque omnis generis fidium modulos, veteris quandam scena, & contuitorum delicias, à sapientissimis auctoribus in Ecclesiis inuenctos esse, quæ nemo reprehendit, nisi qui religioni, & sanctimonie bellum induxerunt. Deo enim hæc sunt, cuius tam venerandum est numen, quam certa diuinitas. Qui igitur auro oratori merito successeat, si in diuinæ laudes, quam ex politissimam profundat orationem, cum in eius gratiam nihil possit esse perfectum? Sed hæc, inquit, ab Ethniciis ingenij, & artibus profecta, Deo placere nullo modo possunt. Primum quis eos docuit intentum esse Ethniorum eloquentiam: Nam parum summis illis Hebreorum mentibus tribuunt, si existimat bene dicendi præsidij fuisse destitutas. Sed esto à gentibus expresserimus, & vnde ipsæ habuerunt, nisi à Deo bonorum omnium largitore? quod sit, vt nihil illis suum eripiamus, sed ab inviis usurpata possessoribus, in legitemum dominium transferamus, nam si profecto id sumunt quicquid à gentibus boni fuerit, prælibatum, id si in nostras manus, ysumque veniet, continuo esse repudiandum? nouum illis soleam, nouos mundos condere oportet, ne commercium elementorum habeant saltum cum gentibus communem. Nesciunt simplicis ingenij homines ipsa ethniorum templorum terrimis flagitijs polluta, cum in Christianorum potestatem deuenissent, non semper exercita fuisse, atque conuulta, sed suis expiatæ forribus in sanctissimos ysus concessisse. Sic enim Pantheum illud accepimus. Daemoniorum omnium receptaculum, in Sanctorum omnium adem esse conuersum, vt in ipsis sedibus, in quibus confederant casta impierat, Christiana religio, & pietas mente Diabolo triumpharet. Nam & David sibi coronam ex auto idoli Moloch comparauit: Num Christus famosè illius Magilæne comas in suum obsequium dedicatas ab radii iussit? At certè eorum sensu debuerat crines, sed Daemonum pilorum (quos Aquila ῥιξωρε appellat) nudos, iuuentus illecebras, & miserarum victimarum libidinis retia, celestiter amputata, cur ijs tangi, exterigi, perficari voluit? nisi vt ostenderet nihil esse impurum, quod suo esset cultui, obsequioque mancipatum. Ecquis iam audebit impudicanter eloquentia nominare, quæ se Deo deuouerit?

Ne

Ne autem videar ex sensu meo loqui, proferam clarissimorum authorum testimonia, qui à Christianis eloquentiam minimè negligendam, sed omni studio excolendam, vel etiam authorum profanorum lectione vacua, quasi lectis episulis à tenero nutriendam censuerunt. Omitto sacras literas, in quibus Aaron vel Dei testimonio eloquens appellatur, & sapiens tanguam imbris mittere dicunt eloquia sapientia: Diuus Basilius vir non minus eximiae sanctitatis, quam florentia eloquentia, in ea oratione, quam habuit ad iuuenies de utilitate ex Graecorum scriptis percipienda, quam aperte suadet adolescentibus, ut poetas, historicos, oratores, & comes omnino homines frequentent, à quibus aliqua utilitas in animi culturam permanare potest, & ne quis forte dubitet, eius verba subiiciam.

Επι τὸν τετάρτην, καὶ ποιηῶν, καὶ λογοτεούσιν, καὶ γραπτοῖς ἀνθρώποις φυλάττεσθαι αὐταῖς τοῖς λόγοις. Addit autem humanioribus litteris initiandos esse, qui ad fieras affectant viam, quod per eleganti similitudine declarat expressius, sicut enim infectores, remissionibus quibusdam coloribus imbuerent vellera, antequam viuum, & pertinacem Amethystini, aut purpure florent inducanti. Ita, inquit, & nos, ut solidia honestatis iaciamus per solidum fundamenta; opera pretium est à teneris, mansuetioribus studijs intungi, antequam ad fieras, augustioresque literas accedamus, sic enim fieri refractos in pellucido fontis liquore radios videre consueti, ipsum demum solem acriori mentis obtutu contemplemur. Quæ profectò vir diuinus non diceret, si Graecorum eloquentia Christianis ab omnibus interdictum putaret. Nam cur ea nos comparare iuberet à pueris, quorum ætate iam prouectis non tantum virus esset nullus, sed magnus etiam dispendium: Quid ipse qui Basilio consors, & particeps omnium studiorum, atque consiliorum fuit ditius Gregorius Nazianzenus? In Basilio fuisse laudatione generoso admodum animo succenset imperitus, qui liberalioris doctrinae studia contemnit? Illud inquit; inter omnes sane mentis homines constare arbitror, eruditionem inter humana bona principem locum tenere, non de hac nostra foium, ac nobiliore loqueri; sed etiam extrema, quam plerique Christiani prauo quodam iudeicio, ut insidiosam, ac periculosa, & procul

à Deo auertentem aspernantur, & cetera, quæ Græcè melius: Ομων δὲ πᾶσιν ἀν διδασκαλίᾳ τὸν θεόν των πατέρων πάτερ οὐλέσας ἡγεμονίαν τῷ πρώτῳ, οὐταῦτην μόνον τὴν τινα γενεσίαν, καὶ ημετέραν. Η πᾶν τινα λόγον εἰκόνιζεν, καὶ φίλοι διεμορέουσαι γεράτα μάτης ἐχεται τὸν τινα, οὐ τὰ καλλιτέλλεις τὴν νοούμενην, ἀλλὰ καὶ τὴν φύσειν, οὐδὲ πεπλευτοῖς χριστιανοῖς διαπέπεστον, οὐτε πεπλευτοῖς σφράγεσσιν, ηγετεῖς πόρρω βαλλεσσαν γρακῆς εἴδοτες ὄντες γαρ οὐ, αὐτός, οὐ γένος, οὐδὲ σατερός, οὐτε τειδὸν γράμματα τίνεισιν, ἀντὶ διεῖ ταῦτα δεῦταις στοντες, διατάξασις φρονητού, ἀλλὰ διεῖ Χριστοῦ αὐτὴν παρεπιθεμένοι, πρός τε γένεντας διαβλαστού, οὐδὲ θεοῖς ιανκίσιμον διατύγειαν γενέσθαι τοις ταῦτης ταῦχτοις φέρονται.

Tandem concludit:

Οὐρων γε τέταρτο μεν δέξαιας οὐτε τοις παρηγόροις εἴδεις εἰδούσα διεῖ δέ τοις δάμνους φέρεις την πλανήρη ἀπωλείας διεθόρη, διεπλήσαμεν.

Eadem ferme Synesius in Dionis:

οἶζεν εἰμι φῆς κύρτοι καὶ ὑπερέσπιαι ρύπρικης. οὐ ποιήσεις, οὐ μοι δοκεσίν οὐδὲ ἔκοντες: ενοι τοῖςτοι πενια δὲ φίσεως μηδὲ τὰ ορμητὰ ήναντι. &c.

In quibus ostendit eloquentiae contemprotestales esse non sua sponte, sed ingenij penuria, tum eos hoc opusculo satis mordaci facile perficit: At qui in omni studiorum genere sunt eminentissimus Diuus Augustinus, postquam eloquentiae diuicias à profanis auctoribus monuit reperendas. Aspicimus (inquit) quanto auro, & argento, & vesta suffarinatus exierit ex Aegypto Cyprianus, doctor suauissimus, & Martyr beatissimus. Quanto Laelius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, ut de viuis raccam, quanto innumerabiles Græci: quod prior ipse fidelissimus Dei famulus Moles fecerat, de quo scripsum est, quod eruditus fuerit omni sapientia Aegyptiorum. Addam Augentino Laelianti, Læt. lib. I. um, qui sic in institutionibus scribit. Licet pos sit sine eloquentia, Christiana religio defen- c. I. datur, ut est à multis sēpē defensā, tamē cl-

Aug. Læt.
de doctrin.
Chrifi.

c. 40.

Aaaaa. 33. xi.

Eloquen-
tiūm
tūm
nām
na
nām
na
nām
na
nām
na
nām
na
nām
na

Contem-
nre elo-
quentiam
humana.

ritate, ac nitore sermonis illustranda, & quodammodo differenda est, vt potentius in animos influat, & vi sua, & instructa religione, & luce orationis ornata. Quod autem grauissimis sententijs hic effatur, non modo ipsi, sed alij in suis scriptis constantissime sanxerunt. Domum te N. ducam tuam, vis ordiamur à Moše scriptorum omnium sanctissimo, comedique vetustissimo, cuius scripta non modo cincinatus habent interdum oratores, sed, & poëticas redolent amoenitates, tanta insuper orationis maiestate, vt suaui quodam terroro percellat animos simul & delectet. At Iobus ille vir non minus patientis animi quam præstantis ingenii, qua orationis affligit gravitate, quorū floribus luxuriat, quot vegetis, & illuminatis Rhetorum coloribus accenditur: video quippe apud eum descriptiones omni expeditione distinctas, & ita vividas, vt rem magis videre, quam audire te credas. Sume tibi ex tanto numero equum bellicosum, & vide quam audaci genio à viro sancto expressus es.

Nanquid prebelū equo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum? Nanquid suscitabis eum quasi locustus, gloria narium eius terror.

Terram ungula fudit, exultat audacter, in occursum pergit armatus.

Contemnit pavorem, nec cedit gladio, super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus. Feruens, & frenens sorbet terram, nec reputat tuba sonare clangorem.

Vbi audierit buccinam dicit: Vah procul odatur bellum, exhortationem lucum, & vultatum exercitus, sume Hebraicā in manus quorum valde peritus es, & expende, quid ad florem elocutionis, tantis & tam magnificis sensibus desit. Etiam nescio quomodo vt sēpe fit, pleraque in proprio idiomate sunt angustiora? nam vbi nostra versio habet. Circundabis collo eius hinnitum, est in Hebreo textu

Iob c. 39.
ver. 19.

תְּהִלָּתְךָ שׁוֹאֵז וְגַזְבָּן: que si Latine ad verbum reddas, significant, *Nanquid indues collum eius tonitru, vide quæ species magnitudinis: equi ceruicem tonitru, quasi veste amictam: & hac virum loqui, qui fecit quintus fuisse ab Abraham. Quanquam scio nonnullos hoc scriptum Moysi tribuere, inter quos est Methodius Martyr, & Episcopus, sed non negant à Iobo primum Arabicis literis consignatum, & ex eo deinde volumine librum à Moysē compositum, quem nunc p̄ se mani-*

bus habemus. Verum, quid ad nos attinet, cum nouerimus hæc sic à Iobo dicta sint, sic à Moysē sancti Spiritus afflata, atque impulsu fuisse dictata, quæ nisi extaret auctoritas, vos forte phaleras verborum diceretis. Gradere nunc à Iobo ad Dauidem, & Salomonem Reges, quorum ille quam speciem eloquentia non est complexus in illis cantici, quorum luce non minus Ecclesia, quam sole Mundus illustratur? si narrat, & effutus, fundit oracula; si pugnat, torquet fulmina; si hortatur, faces accendit; si consolatur, miseret nepentes; & ubi de industria emolli orationem, totus vt ipse ait *torrente deliciarum* immergebitur. Alterius vero, vt vetus regia, sic auro tota riget oratio. Sic enim in parabolis sententias, magnæ illius mentis pondera, in aculeatas verborum stringit argutias, sic in caustico, delicatissimo flore orationis luxurias, sic in Ecclesiastæ luxus Regum, & fragiles mortaliū spes, opice, nec non lubricas huius vita castigat voluptates, nimbis est hac eloquentia diuinus. Quid in Propheticis, ecquem ieperies indifferum? num omnes de rebus diuinis canunt quodammodo claram, num grandem, & lacertoſam vibratrationem, quam auro ferroque simul lucere, & micate fulguribus dixeris. Atque inter eos Ilaias vir nobilis, & vibante eloquentia censetur ab Hieronymo. Daniel vero humana diuinaque sapientia, à summis, vt ita dicem, vinculicis ad verticem usque perpolitus, ipsos Reges idololatras capit, oblectat, fulminat. Sume Aggaum, sume Zachariam, sume Hieremias amanuensem Baruch, sume ipsum edutum ex grecibus, atque armentis Amos Prophetam, & ex eo, quem illi fortasse hic colun dixerint, audies quæ mirari possint vnguentati. Quid quod scriptor Machabæorum aperte & elegantiam sermonis desiderat, & si quid rudius excederit per interualla, stylum excusat, *In his, inquit, faciam finem sermonis.* Et siquidem bene, vt hisloria competit, hoc ipsi velim: sin autem minuta digne concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est, alterius autem vti, delectabile: ita legentibus, si semper exactius sit sermo, non erit gratus.

Vides igitur auctorem, quasi ex Rhetorum præceptis temperare stylum, qui vt in pictura luminibus umbras, sic in oratione lumina quo magis emiteant remissioribus interdum sententijs adiungi volunt. Hæc canonicus

nonius author diceret, si accurati sermonis elegantias, atque suavitates in sacris contemnendas esse dueceret?

Iam te ad sacrum Euangelij concessionatores adducam, age quid Paulus sublimius? nihil hic eloquentiam moror verborum fucus illitam, & vanissimo periodularum ambitu tinnientem, volo grandem, præcelsam, & heroicis sensibus exaggeratam, quid haec in parte Paulo desuit quem longe alter, quam ille, Periclem, tonare, fulminare, & permiscere concessionibus orbem terrarum dixeris: videoas illum hominem *μυριόμεχον* modò Iudeos, modò Gracis, modò Romanis mixtum diuini verbi semeni dicque spargere; si docet, nihil illustrius; si disputat, nihil cuius calore pugnacius; si consolatur, nihil blandius; si minatur, nihil impetuosis. Hic Genealogistas Iudeos confundit, hic ab Epicureis ruborem exprimit, hic Stoicorum nationem plenam contentiose fastu ad Christianam mansuetudinis disciplinam perduxit, hunc causam è catenis dicentes Praeides timuerunt, & ipsi ante rem palluerunt Iudices, Reges lacetam penè eius penulam, & vincula complexi de regali maiestatis sede ad Christianam humilitatem sese abiecerunt. Hunc super humanam fortem, quasi de turbinne loqueniem Lycaones instar numinis coluerunt. Fuit planè beatum os eius, fons ille egrediens de Paradiso Dei, qui in quatuor erumpens flumina, totam Ecclesiam miribili aquarum suavitate, copiaque reiperit. At dices, reprehensus est a D. Chrysostomo Christianus quipiam, qui Paulum Platone disertorem fuisse contendebat, quod nunquam fecisset, si cani, quan in Paulo predicas eloquentiam, vir acerum iudicij, & profusi in virum sanctum animi cognovisse. Errat omnino illius quisquis ita iudicat, nam Pauli eloquentiam ubique miratur Chrysostomus, cum ab illo, & ante miraculorum editionem, & in ipsis demum miraculis adhibitatam fuisse permagnam affuerat; verum negat fuisse eloquentiam, quia eo tempore Graci excoabant, circa dumtaxat in his verborum lalecentem, sed reconditam vim magnæ mentis, qua in figuris sententiariis longè alter, quam in tessellatis distiuncularum nugis sepe expromebat. Deinde longè efficacius argumentum aduersus Ethnicos esse comprobatur, si dicamus Apostolos rudes, & indiferentes tantam sapientum multitudinem viciisse, quam si eorum prædicemus eloquentiam, qua & longè minor erat uberrime

sapienter fonte, quem suorum præconorum mentibus præpotens Deus indiderat.

Luber post illos longam sœculorum, atque Patrum oratorum seriem percensere: occurrit tibi eloquentia in ipsis ædibus Ecclesiæ cunabulis, qui viri tua.

Clementes, Ignatij, Dionysii Areopagita, quorum primus varias epistolæ, & recognitiorum libros eo style conscripsit, qui instar puri amnis labitur sine villis fordibus, alter totus ardet, & instar ignei torreatis perlabilatur in animos oratione non inulta; nisi forte ut vnum afferam pro multis, haec idiotæ verba exquisitas, & non figurati oratoris: τῶν γαρ ισισδιορ, ἐκεῖ δὲ εἴφαιοι προσδόκα Χριστὸν τὸν θεόν τὸν δεῖ τὸν ἀρχοντον *Ignatius* in ep. ad *Cori* χρόνον, τὸν ἀμαρτιῶν τῷ φύσει, ὁράτορὶς *Polycarpi*. εἰπει, τὸν ἀγγλόφυτον, κοινὸν ἀνθεῖς ὁι ποσματορ, διημᾶς ὑπάπλοον, κοινὸν φύλασσον εἰς σφραγίδα, τὸν ἀπαντήσεων πόρον, διημᾶς δὲ πυρητὸν ὁι ἀνθρωπον, τόρκατὰ πάντα γένοντα διημᾶς ἵππαν, ἵππομέναντα,

Tertius vero quasi Aquila in purissimum ethesis locum volucribus pennis subinxus, nescio quid humana voce grandius loquitur, quod attingit mentis, & Angelorum lapit commerceum.

Volue secundum, & expedite quantus Atheneagoras, qui in eo mili videtur maximè eloquens, quod minimè profiteatur eloquentiam, licet adamantinam quandam orationem habeat, si sine leprore, & festiuitate quadam ingenio dulcedinis, vide num quis elegans, & disertus hunc locum attrigerit, quo Deus solus adorandus, non autem mundus perhitetur.

ΑΝΤΙ οὐ δέ τον τεχνήν την αὐτὴν *Athenae-*
προσκυνήσορ. οὐδὲ γαρ οἱ πρόσες ὄμιλοι in lega-
φρικνθμενοι εἰσθκοι παραδιπόντες εὑρίσκουσι. *Christia-*
τοὺς δρχοντας, κοινὸν διαπότας θεραπεύειν *pro* *nisi p. 17.*
παρέστησαν περιγράψαντας τὸν πόλεμον αἰσθαντος *αἰσθ.*
ἡ καλαγωγῆς ὑμεν καταφύγοντο, ἀλλα *H.S.*

την μεταβασικὴν ἔστιν τὸν ἀλλασσό-
χοντες αὐτὴν βασιλέως πόλεων ἡτεμένης;
ἴνδε πάντας τὰς ἀγροτικὰς την δέξιην,
& cetera, qua grauiter admodum, & ornatae

disserit.

Est sane pulcherrimus hic mundus, nam mag- *Adorandum*
gnitudine cæst sit excellens, ut omnia, scilicet pulchra Dei, non
omnia continet, non ipse tamen mundus, sed ar- mundus,

scilicet

sificiosus ille conditor eius adorandus est, ut neque vestro imperio subdit, quum aliqua re indigent: ut assequantur, quum vos adierint omis-
sis vobis dominis, ac principibus, nulloq; affectis honore, ad palaij vestri magnificentiam se conuertunt, sed adfici regi tam elegantem structuram obiter admirati, vos ipsos ante, superq; omnia honorant. Verum hoc inservit, quod vos reges in vestrum usum ades regas adorna-
tis; Mundus autem a Deo non indigente factus est, est enim Deus sibi omnia lux inaccessa, mundus perfectus, spiritus, potentia, verbum. Si vis-
gitur mundus, velut organum quoddam con-
cillum est, & numerose mouetur, illum dura-
taxat qui fides pulsat, & concinnam modula-
tionem accinit, non organum ipsum adoro.
Hæc, & similia quæ fatus prosequitur, non
nisi a magno pectore, pari eloquentia manere possunt. Qui in eodem genere versatus est Iu-
stinius Martyr, licet non habeat illas orationis sirenulas, quas incepti fortasse requirent, qui hanc apologetici sermonis legem non vident: est tamen ob secundam multiplici doctrinam, castamque robustar orationis sobrietatem sapientum iudicis admirandus, nec im-
merito à Phoxio dicitur. *περι μαρτυρίου πλάτωνος*: huius discipulus
Tatianus, fuit Tatianus Aflyrius author florentissimi libri, qui & nunc extat contra Græcos nauiter conscriptus, qui licet in eo se barbara Philosophia sectatorem (nam barbaros, etiam Christianos gentiles Philosophi ut Iamblichus, & Amelius appellabant) profiteatur, ap-
paret tamen ex ipso opere quam accurate lin-
guam in lusitana schola limauerit.
Irenaeus. Nec vero istis minor *Irenaeus* Lugdunensis Ecclesiæ sempiternum deus, idem Pontifex, & Martyr, qui sub Commodo Imperatore, & Eleutherio Pontifice vixit, & tempore Seueri Imperatoris Martyrium consumauit: cuius libri, qui nunc leguntur aduersus Valentini, latine, opinor, redditi, nam Græca desiderantur; illius & eruditissimis, & eloquentiæ non vulgaria exhibent vestigia.
Saculi tertij doctores. Perge ad saeculum tertium, in cuius stat limite, quem merito latinorum scriptorum, de Christianis loquer, antesignanum dixeris,
Tertullianus, qui vir, & quantus? non spe-
cio leuiculos orationis flosculos, quos ipse aut non habuit, aut contempnit, sed miror in eo torrentis ingenij vim quamdam re-
dundantem, & pondus aceritatem mentis, quam maioris eloquentiæ sedem possit ap-
pellare: quamquam si quando ab heroicalla ingenij austerritate stylum frangit, in rhetorum delicias, non est inconcinnus, vt in descriptu-
ne Chameleontis, serpentis, scorpionis, & pauonis possit agnoscere: nam vt de exte-
ris taceam, quid haec oratione dilutius aut si-
guratus? quamquam & pauci pluma vesti, &
quidem de cataplatis, immo omni conchyllo de-
presso, qua colla florent, & omni patagio au-
rator, qua terga fulgent, & omni symate so-
lutor, & cauda sicut, multicolor, & disco-
lor, & versicolor, nunquam ipsa, semper alia,
& si semper ipsa quando alta, toties denique
mutanda, quoties mouenda. Ex aduerso floret
in Græcis Origenes, cuius virtu quoties specta-
mus ingenium, toties facere oportet, quod
Persæ ad solem orientem, impresso statim
ori digito silere, & mirari. Nam cuius sunt
fecundatibus seru librorum millia conserbi-
re: cuius, & quam felicis lingue omnium ma-
nuens homines sylos in parruenda tam subli-
mi doctrina præuertere? cuius torrentis nun-
quam interstere, cuius sideris omnia diecen-
do alta, infima, media, collustare, complecti,
accendere? Hæc causa excivit S. Grego-
rium Thaumaturgum, vt in *Origenis lau-*
dem Panegyrum scriberet, quam eo præte
aduic adolescentis recitavit. Atque viuam
taurus scriptor suo ingenio liberius indulgens
in varie errore non incidisset, qui intam
Ecclesiæ censuram provocarunt? Quid eius
præceptor *Clemens Alexandrinus*, quem pro-
pe Athenæum, vel Plutareum Christiani
nominit, possit nominare, quid fuit tandem
in humana sapientia quod non euoluerit, per-
uiderit, proulerit, nobis thesaurus ipse factus,
& quoddam promptuarium mansuetoris li-
teraturæ. Iam martyrij purpura, decorus or-
ator *Cyprianus*, & quod de codem dixit D. Cyprianus
Augustinus, totus auro, & margaritis *Egypti*,
priorum, hoc est exterarum disciplinarum ni-
tens, quas non habet eloquentia suavitates?
Consequuntur *Arnobius*, *Laffantius*, & qui
eos præcessit *Felix Minutius*, Christiani no-
minis acerimi ijdemque disertissimi propa-
gnatores. Quartum saeculum ostentat indi-
utis sacraen illam oratorum triadem, *Basil-
ium*, *Nazianzenum*, *Christostomum*, supra om-
neni ingenij aleam eloquentes viros consum-
matæ in humanioribus literis peritiae, gran-
des, copiosos, suaves, altos, sensibus, stylo sbe-
res, omnibus orationis diuitijs ad miracu-
lum vsque refertos. Quorum Gregorius mul-
tas

D. Gregor. *tus in nervis & sententiis aureæ mentis fæc-
tum limatae elocutionis structura constringit:*
Crysost. *Chrysostomus torus lucidus, & fluens instar
laeti fluminis procurrit sine salebris: Basil-*

*ius medium quandam orationis characterem
sequutus nec strictior est, nec solitior, v-
erumque felix, & temperatus. Quid comme-
morem Athanasium, Cyrillum Hierosolymita-
num, Gregorium Nyssenum, Casavium, Apollin-
arios, Ephrem Syrum? quos huic saeculi
partus felicibus ingenitis clarus in Christiana
gloria lucem mira fecunditate profundit?*

Ecce tibi ex altera parte conspicui sunt, ne-
ctare & ambrosia satus Ambrosius, blandum
facundiae nomen, & summus in omnibus ar-

D. August. *tex Hieronymus, & magna Augustini mens,
quem Scholastici forteſe Ciceronianis innu-
triti verborum deliciis, haud existimavit di-
fertum, sed neſciunt vbi sit illud quod queri-
mus decus eloquentiae. Ego vero miror ho-
minem in differendo subtilem, in certando
inquietum, in exhortando acrem, & ibi in-
stantem, in persuadendo, quod est Colophon*

Doctores *oratoris, efficacissimum, qui mihi in eo vide-
tur, eloquentissimus, quod eloquentiam, qua*

*beatissimum eius pectus erat oppletum, mi-
nime proſteri videatur. Descende si vis ad se-
culum quintum, & inuenire Maximum Lau-
rinensem, Paulinum, Seuerum Sulpitium, Sal-
tuarium, Chrysologum Rauennatum, Sidon-
ium, & quos prope ultimos Graecorum di-
xeris, magno vt olim Philopæconem elogio*

*Synesium, Theodoretum, Isidorum Pelusio-
tam, Eentam Gazeum: dic Synesio deesse ac-
curate orationis venetes, & opulentiam prope*

*infinitam, dic in Theodoro tanta sapientia
viro desiderari Διάταξιοι illud ἵπαγων ἀδο-
μέτων, quod Graeci tanti faciunt: dic Isidoro*

*non inesse argutissimam rotundæ orationis
breuitatem, dic & neam Gazeum in tanta dif-
ferendi subtilitate florem & gratiam orationis*

neglexisse, refellet te statim illa dissertatio,

*quam in Theophrasto contra Proeli ridiculum
dogma habuit, qui rapacis & violenti animam*

*non in milium quidem, vt Pythagoras, effor-
mat, sed animæ humanæ milii animam alli-
gar, hic facere excipiens noster Gazeus, si*

*ita est, inquit, formicam Ulysses sequetur, quod
rei familiaris gubernatores prudentes, & indu-
stris sint ambo: Vespia Hector alligabitur, cum*

*ornatam galeam habeant, & bellicos sint am-
bo, Itemq. rana, & Cleon una vitam agent,
quando eundem ambo clamorem edunt, sicq. ille*

*quasi lapidem cervici alligatum trahet. Hęc
suauitas non est hominis indiserti. Perge in-
fra, & circumspice Procopium Gazeum Sophi-
stam, Fulgentium, Ennodium, Boetium, Cas-
siodorum, Gregorium Turonensem, & Papam
Gregorium, quos supra etatem suam dixeris
eloquentes. Nolo te in consequentium se-
culorum illuviem trahere, multi certi fac-
runt indiserti, qui non tam eloquentiae, quam
ipsis eloquentia temporum fatu defuisse videa-
tur: Aguntamen quidquid possunt, & lacer-
tos mouent, si forte se ex hac infelicitis saeculi
barbarie vindicent. Vide enim quo spiritu
hęc S. Hildephonsus, qui septimo saeculo flo-
ruit.*

*Et de fonte nascentis virginali egressione Hildephoſ.
signato cœnum martiale decurreret. Opto, contra Hel-
opto, uti sepulchrum oris illius dentes ferri uidium.
concludat, foueæ oris eius immobilitas lin-
guæ compleat: concava palati aer subductus e-
vacuet, extrema labiorum aeris crassedo con-
glutinet, ne talium verborum sector erumpat,
ne proſecutiones huius odor aspiret, ne vel
exilis sonus tumeat, ne verberatus aer ad in-
ſanilia verba conformet.*

*Audi ergo tu Heluidi, & ad me attende im-
pudore, me ausculta impudice, me intuere
inhoneste, me confacie invercunde. Quid
impudicitia commoueris? Quid invercun-
dus assistis? Quid dishonestus accedis? Quid
sine reverentia occurris? Quid sine pudore
vexaris? Vide conatum viri sancti, qui elo-
quentiam non contempfit, sed saeculi vitio
longe ab optimo dicendi genere recessit. Di-
uis quoque Hugo Eterianus, qui & in hac
ſqualentis saeculi macie vixit, in eo libro,
quem de regreſſu animarum ab inferis ad fa-
cerum urbis Pisæ clerum conscripsit, non diffi-
citetur ipse queſille elīmatas aſſertiones clauſa-
larum, & iſtiſtiones apertas, & crebri lu-
brationibus omnimodam in ſcribendo diligen-
tiam. Quid igitur? candidiſſimæ illæ animæ
cum in media barbaria degarent, tirros & ele-
gantias queſierunt: Nos, qui in hac politiſſi-
morum hominum luce quotidie verfamur, elo-
quentiam contemnemus, & inuentis frugi-
bus ad miſeras glandes turpes & icūni reuol-
uemur? quis nescit aureum rete ad capiendas
animas esse facundiam? Nam vt ait D. August.
quod ornare dicitur, verè diſputatur, lemo ſi-
mulachrum eſt animi, & ſpecimen ingenij, is ſi
cultus fuerit, & ſcintillantibus margaritis di-
ſtinctus, ille clat mentes hominum, ducit, rapit,*

B b b b b & in

& in quamcumque vult partem inflebit. Quod enim delectat persuader, & credibile fit quicquid amatur. Contra si spurcam illam, & semibarbaram sermonis illuuiem sine exquisitis doctrinæ notis induxeris in pulpitu, contiauo solitudo sit, & vastitas in templis, vel quod miserabilius est dormitatio contemptus, & derisus. Non enim à te ieiunam diuinæ legis expositionem expectant auditores, quam millies audierunt, sed volunt doceri, delectari, moueri, quomodo? grauibus sententijs, exquisita doctrina, sculpto, & elaborato genere orationis, quam si non habes, fac miracula, si non potes, Dei præsenzib; bonis vtere, & noli immundum existimare, quod ipse suis honoribus consecravit.

Videbatur hæc oratio omnium qui aderant, animos probabilitate non mediocri perculisse, cum Theophrastus leniter subridens, vt solebat, talem, (inquit) virum decebat eloquentia patrocinari, quo disertiorum hoc tempore seimus neminem.

Sed ne extra thesin vagetur oratio, aut quod vos dicitis Andabatarum more clausis oculis pugnemus, nihil destinatum habentes quod feriamus, primum eloquentiam non contemno, quam ex sua natura bonam, & ad societas humanae commercium Dei præpotentis donum mortalium generi concessum arbitror: sed eam nimis elaboratam, & circumtonsam, & manu factam in sacris præsertim concionibus esse debere non puto, quod si ratio, & auctoritas sapientum euicerit, dabis aliquando manus Logodædale, & istam tuam opulentiam foro, & scenæ, non sacris pulpitibus reseruabis.

Rationes Logodædale pro eloquentia eleuantur.

Atque ego dum complector animo, eas quas in medium attrulisti rationes, ad tria capita reduci posse existimo: Nam, & ornatum voluisti orationem, quod ornatus à Deo, & mundo sit inditus, & à nobis in rebus ferme omnibus, etiam in sacris desideretur. Deinde hanc esse SS. Patrum sententiam, humanae eloquentia curam quam diligenter habeti oportere. Ad summum omnes, qui superioribus saeculis floruerunt, Ecclesiasticos scriptores esse quam eloquentissimos. Hæc ego sicut te paulo liberius, & argutius dicta, vt vos Rethores soletis, opposita varietate refellero, existimabo me tibi, & ceteris abunde satifecisse. Primum si hoc assumis naturam arte excolendam esse, & quicquid exquisitis ar-

tium inuentis addi potest ad naturam, hoc omnino decere, tota (quod aiunt) aberras via. Ornatus Nam in rebus fere singulis mediocrem culmodi modus tationem sapientes probant, exquisitas vero artium, quæ infinita crescunt in dies munditias, quis omnes laudare possit, aut ad Vetus mittere. Quod non hirtis pellibus, aut folijs vnu in hac ciuili vita induitur ab arte humana est, quæ tingendorum vellerum rationem, & aliquam vestis concinnitatem prudenter adiuuent (quamquam melius nudi, & sola innocentia tecti, vt primum sub oculis Dei constitutimus, fuissimus) hæc criminis pena fuit, vestes quererentur, mox abiit in ornatum, ceperat luxu, & lupanaribus proluderet. Quid igitur vestimentorum elegantem quandam & lobriam honestatem ars commentis est, tu iubebis sapientem in hoc genere querere, quicquid ars nouis quotidie inuentis lasciuens astruere poterit? Iubebis piscati vestitum, emendicare vellera de mari, quæ muscas lanositatis lauiores concha comunt. Iubebis à Seribus Bombyces petere, succis herbarum, & concharum aliuc lanas incoquerre, de Draconum frontibus, & piscium cerebris, gemmas vñari, vt sericatus, armillatus, chlamydatus prodeat in publicum, hoc si fasias, tantum demes honestati, quantum addes libidini.

Iam natura comam dedit decoram in feminis, blandam in pueris, in viris honestam, ars peccare docuit, & attendere, ne fortes, & horrorem contraherent: hoc tibi non sufficiet, sed quidquid malorum atrium comments in struendo capillo poterit reperiiri, hoc erit tuo capiti superedificandum, querendæ erunt capitulare strætrices, eundum ad ferrum, & ignem, ne quid crispando defit. Ex viuâ Arabia transiuncti odores, quibus capillus perpluat, aspergendum puluere, & croco, & lixiujorum non uno genere, etiam exuvie capitis alieni forte immundi, & nocentis adhibenda, quibus fulgeas; Abist ut raro exerceas, hoc naturæ, & honestatis dispensatio.

Quid in victu? si explendæ famis necessitatem parabilis etiam cultus ornauit, laxandæ eruant ventri habenze, & secundum quicquid helluonum ingeniosa in suam perniciem cupiditas commenta fuerit, vt noua quotidie condimenta, languantis gulæ irritamenta gustum titillent, vni palato coquorum, & servorum sudet exercitus, vt in vnum spirantis

mor

mortui sepulchrum terræ, & maris, cœli etiam spolia. Proh pudor, ingerantur.

Nemo hoc sanus dixerit, nemo censuerit, arti quicquid modo cogitat, permittendum, nec vallis rationis limitibus esse restringendam.

Ornatū
temporū
qualis.

Non quod de ornatu templorum dixisti, vi-de quam sitaustus, vide quam nulla in eo species, que lasciviam, & luxum olear, que si esset, oculos proculdubio spectantium offendet, nec ex sanctissima disciplina manaret institutis maiestatem quippe in ijs diligimus, nimis delicatam culturam formam, que vanitatem, & pompas p̄ se ferat non probamus. Itaque nec aulae profanis argumentis intexita, nec formosulas istas mulierularum effigies, nec nuda, torosaque valentissimi lectoris terga lubenter in sacris locis confistere videamus. Ipsi amēt strūctura, ipsa templorum suppellex suam quandam formam habet à populari, profanaque distinctam, quam si curiosulus aliquis ab hac specie humana augustinus, in leuiculas elegantias deformare vellet, nemo patetur. Age enim cum veneranda Beata Virginis imagine coniunge Danaam aliquam, in cuius sinu portectum, & nudatum aucto imbre stillans Iupiter desiliat: Infer Pauli statua Herculem, Anteūm prehenso mambus iugulo præfocantem, pingue cum Christo Optimum, ad cuius mellitissimas fides, & aues cœlo meantes, & sparso per terram pecudes uno agmine concurrant.

Qualis
mūsice
Ecclesiast-
rum.

Quis non succēsbit? quis non indignabitur? Musicam certe, quia ex scenis memoras, conuiujsque in templo translata, non nisi feriam, & grauem volumus, in quo, & religiosiores aliquanto veteres fuerunt quam nos ipsi sumus.

Instit. q.
107.

Audi enim quid de ea te Iustinus Martyr habeat, quæstione centesima septima, cum interrogatus de ea, quæ Christianorum Ecclesiæ decet Musica, responderet.

Oὐ τὸ ἀτακτικόν εἰ, τοῖς νηπίοις ἀρμάδιον, ἀλλὰ τὸ μετάθυντον ἀνέχων ὁργάνους στον, οὐ μὲν ὡρχίστεις, καὶ ψυτάλων, διὸ τοὺς ἑκταύσιους προσάρτου ἐξ τῶν ἀστρατευτῶν καὶ τῶν ταῦταν ἔργα τῶν, τῷ τῶν ἀλλοι τοῖς νηπίοις διτεων ἀρμαδίον, οὐδὲ ὑποτέλεια τὸ ἀστοῦ ἀπλεῖς ἡδύναι γε τὴν λυκῆν πέρις ζέοντα πόθου τοῦτοις συμπαστοὶ ἥδομένει.

Vides ut affuetas Ethnicorum schenii fides, cantusq; inanimorum organorum cum salutationibus, & crotalis ab Ecclesia perpetuo exultare velit, quod hæc mentem emoliant, & effervescentes cupiditates irritent: contra cantum simplicem sine faco, & tot voculatum inflexionibus relinquant.

Faciamus idem in eloquentia, & tot verborum, ac periodorum phaleras, & quicquid modo est lucratum, valere iubeamus.

Contra vero venerabilem quandam sermonis, & operum sanctitatem retineamus. Neq; enim aliud sancti Patres voluerunt, quos tu ad sententia tua defensionem quasi exterarum disciplinarum studiosissimos protulisti.

Philosophie scilicet, & Rhetorice, cetera. Humaniorum
disciplinarum
tempus,
& modus
qui esse
debent.

Humaniusque artium documentis adolescentes non leuiter intingi, sed etiam imbuī oportet, partim quo illa artas nondum grauiorum Theologiae studiorum capas, his foreatur nutriti-mentis, partim etiam ut inde vis, & suavitatis in sequentia aui curas emanet. Hoc à te citati Basilius, Gregorius & Augustinus diuini homines censuerunt, & nemo sane negat. At vero si iuvenes postquam vel in rhetorum schola, vel in philosophorum Lyceo posuerunt rudimentum, ethnici adhuc calentes documentis, ascendant in pulpitum, & plena (quod aiunt) manu pro Isaia, & Paulo incipiunt Aristotelem, & Ciceronem plebeijis etiam auribus propinare, nemo certè hanc insolentiam sermonis æquo animo feret, ne-mo. Hæc enim didicerunt non ut plenis fau-
Vfus pere-
grina do-
Arma.

cibis in concionibus eructarent, sed ut grauiores disciplinas his condimentis leniter aspergerent, eduxerunt ex aliena gente pedestre, quas, non ut ipse dominarentur in clero, sed ut seruirent. Nam qui musicam discunt oratores, aut salutationem gymni, non ea legi faciunt, ut illi quidem in pronuntianda oratione plena voce canere incipient: aut hi simul atque scanna transfluerint, leuissimis gesticulationibus populum mulcent, sed alij ad inflexiones vocis, alij ad flexus corporum hoc sibi præsidium comparant, ex quo non musici quidem, & saltatores, sed oratores, & palestritas, & sunt, & haberit volunt: sic simile tibi proponas in sacris oratibus, discunt quidem a pueris disciplinas quas vos mansuetiores dicitis, non ut aperte plebeijis, vel etiam doctis hominibus hæc obrudant in pulpitibus, que, & morosa sunt, & ostentationem habent vanitatis non mediocrem,

Bbbb 2 sed

sed ut ijs condimentis aspersa leniter oratio, gratori emanet in publicum.

Itaque, & prudentiores hoc ita sensim, & subtiliter faciunt, ut vix appareat, nisi forte auribus admodum eruditis. At vani, & leues, vel etiam imprudentes non nihil, dum volunt abundantius inficere, totam orationis grauitatem, iuuatatemque deperdunt.

Idem enim in ea re mihi contingere videtur ac Mandragoræ vinique mixtura: quippe vitibus (ut aiunt) affluit Mandragoras, vim quandam, & suavitatem vino subtiliter instillat, quo sit, ut qui bibunt animaduertant recenti quodam genere voluptatis delectari, sed unde sit nesciunt.

At si quis haec vini, & Mandragoræ vicinia non contentus, succos herbae illius alioqui mortifera calici indere, atque propinare velit, non iam voluptatem, sed detrimentum est allatus. Sie, qui moliores scientias cum Theologia copulant, delicato quodam, & minime aperto prudentia condimento, petitus delinquent, qui securi faciunt, obtundunt, & nauseam pariunt. Et haec ars mihi quidem videtur SS. Patrum & aliorum quos tu cumulate commemorasti. Ecclesiasticorum authorum, Moysem, & Iacobum, & Isaiam, & Dauidem, & Paulum, & ceteros eloquentes dieis, & recte quidem dicis, sunt enim, se non eo genere quo vestre scholæ solent eloquentes appellare, quamquam Demosthenis ac Ciceronis omnia mythotheia superarunt. Atque utinam hanc eloquentiam magis quam Phalostri alicuius, aut Callistrati, qui iuuenari in Theologis volunt, imitantur, minus laboraremus. Vis autem sternus Patrum, quam tantopere laudasti eloquentia: acta iam res est, talis quippe oratio Christianos decet, non putida, & nitide fluens, & colorata, sed vis quedam inclutabilis, vietrix, triumphatrixque animalium, quanihil est in rebus humanis impetrans.

At vos, qui haec laudatis vestris moribus, & ingenij semper vtimini, si quando enim vobis res diuinæ tractandæ sunt, tantum abest, ut facultate quadam orationis mediocri fitis contenti, pensiculante soletis cunctas voculas examinare, numeratis apices syllabarum, cauetis ne quid hiulcum, aut protritum excidat, contumaces syllabas assiduo pumice levigatis, denique in eam eloquentiam cum vestris phaleris prolapsi estis, ut pudcat vos Do-

minum Iesum Salvatorem appellare. Sordent vobis Ecclesiastica vocabula, quæ iam per tota secula à sanctissimis viris sunt usurpatæ. Triputidatatem baptismum, & missam queritis? Tullium, si non inueniuntur, quidlibet daturum potius per longos verborum circuitus inuenientis, quam sicum sicum, & scapham scapulas quibus appellatis. Quenam malum est ista eloqua-
tia tam inimica veritati? Quid dicam de tota dictiōnum figuris minutulis illis quidem, & sèpè nullis, quibus ad naufragium distinguunt orationem, quid de quadrigis albis, vestris, quam, periodis (sic enim audio iam appellari) fluunt, vobis ad numerum erundati verborum ambitus, scitissimis clausulis comprehensus, quidlibet perpetrandum potius, afferendum, quam una periodus de suo curiculo excidat. Aliæ alijs ingeruntur totæ ductiles, vel potius è torno recentes, quæ putidam, & anxiā, vestram diligentiam vel tacitibus vobis arguunt.

Accedunt tot excusiones, tot descriptio-
culæ, tot historiæ, ab extrema saepe India pe-
titæ, tot ignotæ belluz, tot flores inuisi, tot
gemmæ non magis indigenis, quam vobis
notæ, quæ cum mysterijs nostræ religionis
conferuntur, vbique quanto frigore non dico,
sed nihil aiunt in Rhodopais niubus esse su-
gidius.

Quid est in Sanctis Patribus simile? quid adulterium? quid fucatum? quid non ex optima disciplina profectum? obiectes, credo, Theodoreum Græcorum Philosopherum testimonijs, Clementem Alexandrinum, anti-
quariorum lectissimis observationibus esse
refertum?

Enimvero præclara est obiectio, an si illi qui contra sapientiam Ethnicorum peculiare à SS. patribus suscepserant, omnia gentilitatis cultu-
lustrarunt, & bellum suis eductam late-
bis secessoribus ad derisum ostenderunt, vo-
bis idem apud Christianos licebit? Iam inor-
tu loues, & Glauci, & Bortunni, filiæ Trygo-
ræ, & Zoroastres, & Democriti, nemo de pul-
vere eorum memoriam excitatur est, quid
habent cum Christianorum pulpis communia?
an quia apud Athenienses paganos homi-
nes, & his nutrimenti assuetos Paulus semel
dixit. *Diez viva iouiv.*

Ideo cum Christianos alloquemur, licebit
poëtarum testimonij totas inficere paginas,
hoc quidem mali moris est, & exempli. Sume
in manus homilias Augustini, sume Leonis,

sume

*Simile à
Mandra-
gora.*

sume Ambrosij, vide qua sanctitate, quam miti candore, sine fuso, & calamistris tota incedat oratio, vt vetus matrona iam nihil puerile cogitans, cui grauis ipsa simplicitas profectu est. Reuocas me ad patres Grecos.

Cur pietatis nonnumquam hinc litteris videntur PP. eloquentia.

Nazianzenum obtendis, Basilium, & Chrysostomum, non ero vsqueaque pugnax, & contentiosus, fatendum est enim ab ipsis multa plerumque dici floridius, sed quo prudentiae, & sanctitatis condimento, nemo necit.

Elorebant ijs temporibus, quibus Julianus Imperator Apostata nomine notior, mansuetoribus litteris Christianis interdixera. Piaculum erat fidelium sobolem in publicas eloquentias scholas admittere: Vatabant litterae, quas Deus tamen voluerat omnibus esse communes, exagitabant tota Graecia Christiani, vt magnarum artium imperiti & id quidem non iniquo animo cerebant, sed tamen, vt ostenderent hanc gentilium sapientiam, a se potius contemni, quam agnotari, exorti sunt viri, qui fratrum Christianorum filios erudientes suo exciperent sinu, qui scriberent orationes paulo hilariore pictura, qui versus etiam conderent, vt eo spectantes, & fremente, qui se Daemonis satellitem praebet, Christianorum ingeniorum victoris triumphares eloquentia. Deinde multum referre arbitror, quid & apud quos Sancti Patres dicant, an etiam eodem tenore, & filo dixerint quo scripterunt, valde dubito.

Quaedam argumenta tractari volunt amoenius, nonnunquam etiam vt le cumulatiore fructu fastidiosis auribus insinuent, honestum quoddam sumunt aucupium iucunditatis. Quae dicuntur, naturali fluunt impetu; que scribantur, impensiore cura saepius elaborantur; Patrum scripta legimus, viuam vocem non audimus. Quanquam & omnia, quae elucubrarent monumenta, hanc habent dicendi temperiem, vt nusquam non spirent grauitatem quandam castissime maiestatis. Illi, illi sunt igitur vobis imitandi, non lachrymae Niobes, aut Atacis furore; Chariclae suspiria, vel etiam si vultis Plinij junioris, & Isocratis pigmenta.

Bonorum (inquit D. August.) ingeniorum clara est indeoles in verbis, differentium verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus non potest aut quid obest lignea si hoc potest, quando nil querimus nisi patere, quod clausum est.

Non sunt Hebrei, scutum Aegyptia mulieres, hæ siquidem in lectulis eburneis interstultas delicias pariebant, illæ in sole, & puluere penè inter ipsa onera partu se leuabant. Nescit tarda molimina Spiritus sanctos, non sunt vt Dionis Prusæi, & Maximi Tyrii Christianorum conciones. Illæ inter delicatorum umbras putide scribantur, & anxiæ, repant in auro, & purpura, comantur, fulgeant, stenillent.

At nos quibus æstus diei, & pondus ferendum est, quibus crux, crux (inquam) praedicanda, quibus, toti perfidias criminibus immersi peccatores excitandi, pungendi, fulminandi, quid habemus cum istis delicijs commune? Num satis quotidiana compertum illud habemus experientia, si quando ad istos concionatores, vel declamatores potius, iramus, qui culte, & putidæ, & circumspicte loquuntur ad numerum, quæ ex scripto didicunt, redimus frigidi, quasi à marmoreo statua?

Qui posset enim pugnare cum vitijs, qui totus vincens est, & ad strictus legibus auferente orationis? quos impetus, & emuliones habebit, qui ludit in circulis? quam aite vulnus imprimet, qui aures, & picturatis vertitur iaculis? non venit ad pugnam, ad pompa venit, expectatis ut dimicet? venit ut falter.

Qui in grauissimis curis, & cogitationibus exudare debuerat animus, & alarum remigis in coelum contendere inclusus fuit, vbinam? pudor est dicere, in parua Ilócratis pyxide, quid rum? torus volutatus est in unius genitio: quorsum? vt pugnam aduersus hominem flagitia capesset: præclara scilicet armatura! Quid postea? descendit in campum, quo exiit? leuisimum vanitatis cymbalum nescit quid timulum increpuit, & excessit. Vtinam minus vera dicerem, sed animarum damno experimur, quam minimè fucata fit haec oratio.

Nonne grauiora studijs his minutulis nugas obruantur? num obfusus animus teneatur? num lingua constringitur? num auditores ipsi, qui multi sepe sunt, hebetes ad istum timulatum dormiunt? numne, qui improbi, & leues modice titillati, sine fructu animarum discidunt? Venisti in aciem, quorsum? vt luderes, num poteras domi? licebat tibi apud rhetores desidere, & linguam si inauarare, nunc ferrum exercendum est, quid stupes?

B b b b 3 AMICUS

*Concionatores molles, & pu-
tidi ex-
hortantur.*

Concionatores molles, & pu-
tidi ex-
hortantur.

amicus ad quid venisti, ecce rictus penuria, ecce famae, parvuli petunt panem, non est qui diuidat, tu paleas obrudis, paleas Aegyptiorum. Venisti in valitudinarium, ille ambitionis, hic auaritia, alter luxuria, sceleribus, & flagitiis totus cooperitus, erosus, perlentus, ccelo, & terris fecerit, vrendus est, lecanus est, sanandus est, tu barbiton pulsas, quasi vero his cantilenis possis hac Dæmonia ejecere: Discedunt illi miseri in suis malis stupidi, & plaudunt tibi quasi concinno admodum oratori, qui non clamoris sis, & ut aiunt, rabiōsus, tu interim dulcem venient sorbitum eibis, & te, & alios in dilectionem interitus adducis, en quo humanæ sapientiae nimis impensa cura mentes obsecras rapit: deinde hac non sunt timenda, non sunt intrepanda: Audi quibus censuram totam hanc dicendationem Orthodoxi Pates condement, quando & eorum testimonij, quæ tu pro tuo arbitrio interpretatus es, mecum egisti, non ero in ea te nimis tenax, quo minus tibi, & ceteris satisfaciam.

*Sozom.
li. i. c. 2.*

Legisti opinor apud Sozomenum Triphylum quandam Ledrenium Episcopum ex eo disertorum genere fuisse, qui singularem habent delectum verborum, nec temere quidquam nisi ex castigatis authoribus dicunt, hic verebatur κρέσσον dicere, quod verbum nulquam opinor apud Demosthenem legitur, οὐκέτα αιγίτης appellabat. At generosus ille Spiridion vir antiquæ simplicitatis in amplissimo Episcoporum cœtu deliciatum oratorem grabbatum iustit pronunciat, addens cum non esse meliorem, qui grabbatum dixisset, quod eius verbis utrū erubescet, εὐ σύρτη φύγειν τοι νέοβαλον εἴρηται, Hier. in ὅτι ταῦτα αὐτὸν λέπεται εἰναι χριστός, ep. ad Eph. 6.4. Num vero Paulus predicationem suam fuisse dicit, Non in persuasibilitate humana sapientia verbi, sed in offensione spiritus, & virtutis, quod & Hieronymus interpretans agnoscat conciones Pauli absque Rhetorici nitore sermonis, & verborum compositione, & eloquij venustate, quamquam absque hoc choragio tonitrua, & fiducia non verba spargere dicitur. Audi quid Athenagoras, quem tu laudasti, de Christianorum dicat eloquentia, εὐ γένες λόγος διαμυνόεται, ηδα ταῦταις λόγοις, επιδειξίσθαι. Neque enim orationes compositas recitant, aut annumerant verba, sed actiones & honestas, & virtutum exempla de

pla de se præbent. Audi quid suauissimus do- Cyprianus. In iudicij, in concione pro ro- ad Dina. stris obulenta facundia volubile ambitione ia- etetur. Cum de Domino Deo, vox est vocis pura sinceritas non eloquentia viribus nititur ad fi- dei argumenta, sed rebus. Denique accipit non diserta, sed fortis, nec ad audiētis populari illa- cebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam prædicandam rudi veritate sim- plicia. Quid Theodoretus, quām venustè Græcos irridens, qui se eloquentissimos pu- Tendit, tam dixerint, μέτρα τούς δεός πάντα τον θάλατταν, exclamat, Αἴ τι τοι τολμαῖς μετρίας άττας καταλαβάχεις ξ. Μαγι- μούς, Piscatorum Solœcismi Atticorum vice- runt Syllogismos, ad summum non esse Chri- stianum offendit, Βρεβεταὶ την τέσσαραν μέτρου.

Quid Arnobius Rhetor aliqui suis pla- Am. letatus ingenuè quod est fatentur, nunquam abu- veritas sectata est fucum, neque quod exp- genti. ratum est, ac certum circumduci le patrum o- rationis per ambitum longiore: collectio- nes, & enthymemata, definitiones, omni iaque illa ornamenta, quibus fides qua rituit alle- neamenta demonstrant. Hunc eloquentia- fucum dixerit Claudio Mamertinus incre- Claudi. pans vocat, Spumam puerilium verborum quo- Mamert. imperita aures confluuntur. Nazianzenus 6.5.11.12. Christinas floruisse dicit, cum superflua ratio, ad diuinas caulas aditum non haberet, in leu- idcirco Petrus Damianus dixerit mouer Bo- Adam. nescium, Tu itaque dilectissime, in nostris li- Per. Et teris noli prouidentem mordacis eloquij spissare ad Bo- saljuginem, noli accurata urbanitas querere facio- venustatem, ouina tibi simplicitas placet, qua confi- ad Deum provocat: non serpentia calidat, cum que lethale verbi instillat. At D. Hieronymus Hinc acerbis queritur, & succenser concionatorum. premissis, qui fucatam eloquentiam inducunt in Eccl. 1.1. ad clehas.

Iam enim in Ecclesia ista queruntur, o- Videremus. missaque Apostolieorum simplicitate ac- proflig. ditate verborum, quasi ad Atheneum, & ad au- de causa. ditoria conuenient, ut oratio artis Rhetorice, εὐ- fucata mendacio, quasi quedam meretricula multa procedat in publicum, non tam eruditura po- pulos, quam fauorem populi quæsitura, & in modum Psalterij, & tibiæ dulce canentis sensus

Sensus demulcent audientium, ut verè illud
Propheta Ezechielis nostris temporibus pos-
sit aptarū dicente Domino ad eum, & facta est
eis quasi vox cithāræ suave canentis, & bene
compositæ, & audiunt verba tua, & non faci-
unt ea.)

Chrysost. Idem carpit Chrysost. & hac re dicit sub-
ueri Ecclesiæ, quod auditores velint audire
sermonem non qui compungat, sed qui oblie-
ctet, & tinnulo strepitu, & verborum compo-
sitione, tanquam citharædis, & cantoribus
operam darent, & prout populi studio conci-
onatores obsequenterentur. Demetrius Phasere-
us (ut Eusebius Pamphilus auctor est) se à
Theopompo audisse affirmavit, nonnullos
cepisti quedam ex sacris Hebreorum literis
translata, Græcis lenocinijs ex polire, cosque
repeatinga conturbatione perculso Deusa or-
rasse, ut leirent, vnde hoc malii contigisse, tu
responsum in somnijs, quia tes diuinæ fuso-
face ver-
berum ex-
polire con-
seruat.

Sunt ista quidem, ut dicas, infert Lalius,
sed quando eo vsque deuenimus, non patie-
mur te à nobis diuelli, antequam plenus de
charactere huins quam querimus eloquentie,
& facti oratoris vitutibus ediseras. At Theo-
phrastus, nihil inquit, blanda isti vestre im-
portunitati denegandum est. Itaque si rem non
possum, emerit voluntatem, & id quidem
cumulatione mensura.

Texerant se omnes ad audiendum cum
Neanias gaudio subsilire viuis est, & nunc in-
quit, Mercurij virgulam, vel potius auri ve-
nas mihi videor inuenisse, si ex te coram au-
dire licet, quæ flagrantissime semper concu-
piui. Tum Theophrastus: Quorsum vero, Ne-
ania, tanta te huius rei incelsit cupiditas. Ego
vero (inquit) non cuperem rem plane glo-
rioſam quæ effectua est, ut mille oculi me lo-
quentem spectent, mille aures ex meo ore pe-
deant, quæ parat simul, & tuerit amicitias, a-
sciscit homines, totas r̄ibes, & prouincias
amplectitur; non cuperem ego rem, qua nihil
ad utilitatem commodius, vel ad dignitatem
amplius in literis humanis video. Ad hæc
Theophrastus generosa ut solbat indignatione exclamauit, O curia in terras animali
Tu igitur concionatorem tibi singi, quasi ali-
quem ex minutis caufidicis, qui veneretur ru-
musculos, qui ventiletur in concionibus, qui
leges vendat, lugrosam denique, & sanguina-
riam exerceat eloquentiam: Præclara scilicet
species concionatoris, quem ament boni,
timcant improbi, honestus Deus, ipsi reue-
Conciona-
reantur Angeli, dignus plane agonista, qui toro opti-
meretur ferat, qui frementis in se mundi pon-
mi labo-
dus excipiat, qui intercedat iniquitatibus res.
hominum, infectum reddat quidquid fie-
ri non oportuit, velocissimi sideris more v-
trumque orbem lustret, qui cum squalore,
inuedia, & arumis lustretur, ad summum suo
eruore cum opus fuerit fidem sanciat. Ego (adolescentes) optimum concionatorem dua-
bus maxime rebus niti existimo, virtute &
sapientia, quod cum parum considerate non
nulli perpendant, ab ipso impingunt limiae,
& toti deinde grauissimis merguntur errori-
bus.

Videre enim licet istos leuiculos declama-
tores, quos pruritus ambitionis propellit in
pulpita, quid putas eos sibi animo fingere,
aut moliri? nati sunt ad concionatorum mu-
nus, ut boves ad clitellas, aut ad sambucam
colones, quippe ætate adolescentuli, & gra-
uissi-

uissimorum curarum expertes, intra lusus, deliciasq; nutriti, si ab incide doctoris umbrailis adhuc recentes duas aut tres descripiunculas, & tordidem conquestiones, aut miserationes didicerint, statim inuolant in omnibus ipsis Angelorum humeris formidandum. Tum eunt in sylam allegoriarum, sine delegata folia colligunt, locos communes deuorant, & si quid ex Ouidij Metamorphosi, aut antiquorum Romanorum rebus gestis ad fideli nostrae sacramenta detortum est, hoc pro auemonis habetur, succedunt margarite Gallicae, que molles, & pellucidas orationis simbriae leuillantibus radiis interstingunt, modo aliquo Scripturæ locis leuiter intasperse, pro optima Theologia venditantur. Biblia scilicet euoluere, SS. Patres legere, Occumentorum conciliorum sancta, & canones inuestigare, frigidorum est, & otiosorum hominum: Num longe mollius est iter recentum aliquot concionatorum libros compilare, in quibus mirifici sensus, & ex angustiore Caballistarum sacratio petita, commentationes, que cum dicuntur, oracula non voces humanæ fundi videntur. Hinc hominum admiratio, doctrina opinio, & imperitorum stupor. At si in bibliis, aut Patribus terendis consenseris, quid aliud habebis, quam communis doctrinæ choragium, quod milles ante te alii dixerint, num vides nouitatis desiderio prurire omnium auriculas, & doctos homines esse permultos qui expectent arcana? Tu si vulgaria dixeris, solitudinem facies, & vastitatem.

His delinimentis in fraudem inducuntur miseri, & peregrina nescio quæ, quam audissime conquerant, ut fastidiosas aures mulcent. Non vacat tunc cum Deo meditari quid dicant, non est commodum cogitare, quomodo se in exemplar probitatis, & sanctimonie conforment, quomodo virtus hominum medecantur, quomodo consulunt pauperibus, quomodo ad virtutis amorem suos auditores pelli- ciant. Hæc enim antiqua sunt, & exoleta, student sapientia, expoliant vellus aureum, mox quæ vanillime dicetur, turpiter obtrudent, & alii quidem pecunia, a ijs quod levius est gloriolarum fumo, quasi in nundinis mancipant non dicam verbum Dei, non enita prædicant, sed animam suam, quam his artibus Dæmon licet tur.

Tum si fieret fabula, & secundo cursu fluixerint conciones, remissius viuunt ac mollius,

& curis quidem abdicatis inferunt se ludibri di hominum circulis, res ciuiles tractant, publicis epulis lubenter intersunt, hic quidquid habent authoritatis, naufragia iam virtute perdunt in securisbus.

Agedum expecta, vt illis messes auctæ veniant in sinum, vt Christo lucentur animas, vt celo manipulos inferant, vt ignem sparant Christianorum mentibus, qui sunt in diuinis Scythica hyeme frigidiores. Hæc dico, non vt insultem, aut nostri sæculi penuriam accusem, quod sane ex omnibus Ecclesiastioribus ordinibus generosissimos habet concilio, sed pono in conspectu, quæ possunt euenire, & procul dubio multis eueniunt, quorum functiones exemplis sapere debent adolescentes.

Quætem igitur omissis aliorum vitiis concionatorem velim quæritis? Is primum mihi cionatoris vnguis discat esse, Vir orationi, præquam erexerat proferentem linguam ad Deum, leuet animam sicutem, vrat S. Augustinus, 4.4. De Doctrina Christiana, cap.14. Assuefactationes ponere cum Deo, voluntatem Domini exquirere, ab eo rerum gerendarum consilia capere, pro bene gestis gratias agere, ad aram recurtere, illic omnes coronas suas appendere. Tanti sunt enim homines, quantum coelestis spiritus in tristis habitator. Audimus in Sacris Samuel, vel Iuuenem tantæ verbis eius in terram. Vnde tanta vis, & grata sermonis? nisi quia dormiebat in templo Domini, ubi erat arca Dei, noctes diesque totus in precibus, ex quo sibi singularem quandam cum Deo unionem comparauit, quæ dictis eius robur, & maiestatem conferebat. Sume verba virum humanæ sunt, quid aliud sunt, quam aura, & ventus? At Deus, qui ut apud lobum scriptum est, facti ventis pondus, vim quantum salubriter feriant: Nec immorio diuinus ille Isaïas ne hoc magisterio gloriat. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut Esaïas sciam sustentare eum, qui lassus est verbo: et. 50.8. et quasi magistrum.

Magnus Doctor, felix disciplina, ex eo fonte profiscuntur clarissimæ virtutes, & sacro oratori quam necessaria, humilitas, & contemptus rerum humanarum, ardentissima in Deum, & proximos charitas, in dictis fa-

Reg. L. 2.

Io.

Humilitas Atque robur, & constantia. Necessaria est, inquam, concionatori profunda sui demissio, quia cum multa extollere soleant animos, tum nihil doctrinæ, & eloquentiæ opinione ad ingenerandam, vel roborandam superbiam arbitror esse subtilius: Nam pulchritudinem, spes, opesque humanas saxe fortis tribuumus, ingenij bona nostra esse facilius credimus, quæ quo magis publicam lucem ferunt, & asperantes, atque etiam admiratores habent per multos, eo promptius improuidis mentibus instillant venenum ambitionis: Dulce videtur, & decorum in amplissimo hominum cœtu humum asturgere, in unum omnium oculos esse defixos, ut verba, hibernis nihibus similia pro fundere, audientes intimis sensibus affici, pro eius arbitrio dolere, irasci, indignari, gaudere, placari, sperare, diffidere, in omnes partes versari, ad summum gloriosum censeretur esse, (quod ille dixit.)

Torrentem, & magni moderantem frana
theatri.

Quæ nisi omnia patrī lumen accepta referantur, sui imponentes animos vanitate distendunt. Itaque leues, & improbi facile numeris oblitæ, in profusum sui amorem, consummum ingeniorum pestem prolabuntur. At egregie mentes, quæ a tenero pœnita humilitatis iecerunt fundamenta, peruident ea, quæ tanti ab hominibus estimantur esse parva, deinde etiam non sua, quo sit, ut rerum creatori quam largissime refudant omnia. Solent autem has honoris umbras, & quisquias humanas vilium ministeriorum exercitatione voluntaria pensare, ut quories aliquid quod hominibus videtur esse pœcillum contigerit, toties se vltro abiecent ad insima, quibus maiorem indies gratiarum affluentiam experuntur.

Quod si quando nihil opus sit, ornamenta quæ ipsi Deus plena (quod aiunt) indidit manu, in lucem oculosque mortaliū exprimere, in sua se testa continent, dulci propriorum virtutum succo vicitant, & quod est apud Iobū, *Claudunt stellas, sub signaculo*, quid enim aliud sunt quam stellæ tot eximiarū virtutum lumina, quibus animus collucet sed eorum signaculum & sera, & ianitrix est humilitas, quantum potest intrus claudit, ne dulcissima humanarum laudum fulta subrepant; At si Charitas regina virtutum ad proximum salutem iubeat opes Dei veluti annulo conformatas explicitari, tum humilitas quam-

quam ægræ, & verecundæ dat manus.

Feruer tunc zelus animarum, que pœna. **Zelus animarum.**
rissima nota est Euangelici concionatoris, animas inquam fratrum diligit, Christi domini peculium, pro quibus fieri cupit anathema: Omnes in eo desigunt curas, & cogitationes, veralias pelliciat, alias firmet, alias ex orci fauibus eripiat, querit in compitis, querit in carceribus, querit in xenodochijs, nunc in publica luce, & hominum frequentia concionatur, nuc pagos, & solitudines lustrat, ut miseram aliquam ouiculam terram fuis ipse humeris reportet ad gregem. Quacunque proficiuntur, ignem spargit, & facies omnes omnium mentes amore creatoris incendit, & illas quidem parturit, illas lactat, illas educando promovet in firmatatem, & robur adolescentiæ, alias educatas, & roboratas exquisitis vestit ornamentis, omnes fouet, omnes amplectitur, omnes in Domini Iesu cupit viceribus, omnia omnibus factus in eius imitationem, qui factus est pro nobis, In similitudinem carnis peccati.

Atque cum in dies beatis vlnis aureos manipulos in patrisfamilias hoireum congerat, nihil dum sibi fecisse videtur, ultimos barbarorum tractus, & nouos mundos cogitat, quibus Euangelij lucem inferat, & si qua inibi cum extremis ærumnis colluctandum, hoc suæ rosas æstimat. Deus noster ignis est comburens, & ministros cupid igneos, recte selenites lapsi ortus à luna impressam retinet lunæ effigiem, & ipsa apes quæ ex Tauri cadavere emergunt Taurini capit isagunculam deliciatissimis (vt aiunt) lineis inustam gerunt in viceribus: Sic ab illo igne producti concionatores ignem retinent in pectore, & per omnes terrarum plagas diffundunt. Hęc eximia charitatis exempla in beato Patre Ignatio ad viuum expressa licet intueri. Nomen cuius erat ab igne, ignei, & celeres virtutis motus fuerunt, ecce tibi à castris transit ad Dei militiam, quis ardor in ipsis instituti incunabulis, qui ignes Manrezz qui in Monte Sattrato fuerunt? Incendit. Hispaniam penetrat in Galliam, horribilibus circumuallata custodijs Turcarum regna charitate complectitur, peragrat Synam, inflamat Italiam, instruit Belgium, munit Germaniam, ultimas meditatur Orientis regiones, quod pedibus non potest conficeri, capit affectu. Quid dicam de eiusdem socio Beato Xauerio, non insani montes, non turbulentissimæ tempestates, non

Cccc maria,

maria, non monstra, non æternus infernalum
plagatum rigor, non incultorum tractuum
iqualior, nulla cœli, aut soli, tam ſæua, &
truculenta facies, nullus, aut ærumnarum,
aut feruitus, aut crudelissimæ mortis me-
tus incitatum ſemel à Deo induſtria curſum
retardare potuerunt. Hoc zelo ſi qui ducun-
tur concionatores, non eft quod diu & ſolli-
citatè querant verba, quibus loquuntur. Nam
calculus ille ignitus de altari ſumptus, quo v-
nus ex Seraphim Ifaiæ labia purgauit, corun-
dem lingua preparat, & accendit, ut loquan-
tur ignes & fulmina.

Ifai. 6.
Fortitudo
& conf.

Paulo al-
ter Philo
in alleg.
leg. p. 9. e-
dit. Col.

Accedat autem oportet ad charitatem for-
titudi, que à Diuo Ambroſio cum Tygi flui-
o comparatur, qui paradisum deliciarum
Dei porennibus aquis irrigat, atque ut iſte
fluuiorum omnium velocissimus fontis ma-
gno, curſuque fertur, ſic illa mirabilis perni-
tate in Dei voluntatem rapitur, & obſtantia
quaque proruit, atque demolitur, ſerpiat u-
tem duobus veluti brachijs impetens, arque
complectens omnia. Primum enim ubi ani-
mum concionatoris inuafit, patrem illam in-
feriorem, quam ſenſum appellant, cæcam,
impotentem, muliebrem, rationique confilio-
que inimicam, comprimit, fingit, compo-
nit, ad ſuum arbitrium versat, & fleſtit in
quamcunque partem Dei imperia propende-
rint.

Quæt maximè ne libido molliat, ne ful-
gor honorum perstringat, ne ad reculas hu-
manas deprimat avaritia, mox hominem ita
confirmatum instigat, ut manum mittat ad
fortia, ut in agro Domini quicunque obtigerit:
excolendo generose, & patienter defuderit, ne
frangatur laboribus, ne coaniveat in flagitijs,
ne blanditijs cedat, ne terreatur minis, ne po-
tentiorum libidini ſeuiliter ancilletur, sed pro-
fide, & iuſtitia, pro domo Dei, pro Ecclesiâ li-
bertate ſerui quali murus adamatinus, cui Deus
dicat per Hieremiam: *Dedi te in ciuitatem mu-
nitam, & columnam ferream, & in murum a-
neum ſuper omnem terram, ſeuiant licei gran-
dines, voluantur fluctus, precipitentur torrentes,* in perpetuo ſereno erit, hoc aduersus cum
poterunt calamites, quod aduersus ſolem ne-
bulæ. Hæc autem heroicarum virtutum orna-
menta, non statim perducuntur ad culmen, ſed
diutinis excoluntur vita laboribus, quanquam
ſemina quædam eorum animis, quos ad id mu-
neris vocavit Dens à teneris inſperfa licet a-
gnoscere.

Soror virtutis quam in concionatore re-
quirimus, eſt ſapientia, multiplex ſcilect re-
ſponſum tum diuinarum, tum humanarum ſcien-
tia: in hac enim parte Logodædalo lubens, vo-
lensque affentior. Neque ego ſum, qui hu-
manas ſcientias ſuaui prudentia tempera-
mento conditas repudiari velim, quas fan-
tificiſimi Patres ſuo calculo probauerunt. Tra-
dantur ſanè pueri Grammaticis, vt tenera de-
dolentur ingenia, imbuantur ab optimis Rhe-
toribus, à quibus dici non potest, quantum
gratia & floris emanet in ſtudia, quæ omni-
ne muta clift & inaſima, niſi "is eloquentia
inſpiraret; Terantur etiam caſtiores Po-
etae, à quibus, vt ait Theophraſtus, ſublimitas
in verbis, decor in perlonis, motus in affecti-
bus, & quod animorum conciliatricula res eſt,
illecebroſa quadam iuendicta petiſole. Ex-
currant deum ſtadia Philosophia, edis-
tigant aculeati Dialecticorum iuſtus, & rerum
naturalium multiplici cauſarum nexus con-
uoluta ſeries, & quicquid ſupra naturam ad
cauſarum fontem, & principium propius ac-
cedit.

Voliter ingenij vigore inclyta per illam
antiquorum Encyclopediam ad eloquentia, ritem cu-
non abuso, non veto, ſed ea lege, ne ſibi illos
scientia terminos ad concionandum praehicis ſint, non
putet, ne pro Eſtre pedissequas, capiat, & accipiat.
Qnod mantisla (vt ita dicam) loco nonnum-
quam adhibendum eſt, id pro ſolido inge-
dium puer. Addo etiam historiæ, rerumq; ci-
uilium, negotiorum, contractuum, conſuetu-
dinemque prouinciarum, non imperitum eſt:
deberet concionatorem, ne in corrigitis ho-
minum motibus, quod ſep̄ fit, harum rerum
ignoratio tribare faciat. Sed hæc notitia ad
rerum celestium fructum ſyncero pectore Chryſiū
dirigenda eſt, quod diſcretè Chrysostomus do-
cuit verbiſ iſtis, cum dixit: facerdotem longe
aliter quam monachum, τὴν ἀπόστολον ἀπέ-
στατι τοῖς τηνὸς ἀγρούποις κειμένην
τίχην, hoc eſt, omnem omnium rerum ſcien-
tiam in theſauris ingenij reponit habere,
eundemque prudentem, & varium eſſe ope-
rare, ut ſæcularia non minus oscilat, quam no-
runtij, qui in media hominum turba verian-
tut, rufus harum curarum expers viuat: . ut
monachi, qui in montibus & latebris ſibi do-
micilia conſtituerunt. Et haec quidem ad in-
gram muneris perfectionem, velut ornamenta
concurrent.

Alia

Concione-
tuū pro-
pria do-
ctrina.
Scholaſtī-
es utilitau
Senec. I. 10
contr.
Beda de
arte me-
trica Gen-
nad. in vi-
ta Iulii.
Capnani.

August.
ad Volu-
sian. ep. 3.

Vñis scho-
lastica.

Alia sunt concessionatotis magis propria, quænam illa dices, primum scholastica Theologiae cognitio, vos forte Theologiam, quæ in differendi subtilitate versatur diceretis, sed malo rem proprijs verbis designare. Non est nouum scholasticorum nomen, quippe apud Senecam, Bedam, & Gennadium, scholasticos appellati nouimus scholastica eloquentia, siue declamatoria professores, ad quos alludens Hieronymus scholasticos flores, & scholasticam eloquentiam nominat eam, quæ Rhetorum floret pigmentis. Ut igitur scholastici Rethores dicti, qui in scholis, & Athenæis tū preceptis eloquentia, tum progymnasmatis insilentes, pictum quoddam, & flores dicendi genus squali sunt. Sic scholastici Theologi, qui certiore quadam methodo, & rationibus imprimis ex diuina scriptura, ac traditionibus, seu decretis Patrum in concilijs definitis, veritatem questionum subtilius discutunt. Deus enim (quod præclare à D. Augustino dicitur) est

Plaque ex diuinis literis inf. apertissima luce posuit, ut inde pasceremur, & famem pelleremus, alia utilissimis obscuritaribus inuoluit, ut ijs sine villa sauitate ingenij solertia exerceremus.

Hæc agitant scholastici viri plane subtile, & ad examinanda singularium rerum momenta perspicacissimi, quorum præceptis, qui non fuerit expolitus, eum sæpe titubare, & labi, & falli in Theologicis necesse est. Profundit omnia concioni, ut nervi corpori, fac corpus sine nervis, quid aliud erit, quam molles stupea? Fac totum ex nervis sine succo, & carne, & colore, & sanguine, quid erit aliud, quam teter, & exilis celestus? sic qui sine opere scholastica Theologia egregios concessionatores se futuros putant, nervos succidunt orationum. Qui verò calentibus adhuc studijs implexas, & spinosas Theologiæ difficultates sine coloribus oratorijs, & quasi quadam veste sermonis ingerunt, linea menta dunata euanida, sine villa corporis specie defor- man.

Quas ob res egregia quadam facultate prædiu mihi semper visi sunt illi, qui scholasticam cum oratoria sine virtusque dispensio norunt contemperate. Ut enim nihil est puerilius, quam cum dicendi campus alta quædam ex Theologorum petita fontibus desiderat, redundanti verborum luxuria farcite

concionem: sic importuna quadam, & rudi, & indigesta scholastica nihil arbitror, aut frigidius, aut miserabilius.

Habet cum sacris concessionibus magis quotidianum commercium scriptura, quæ nihil ad *Scriptura*, maiestatē excelsius, aut ad vim efficacius, aut ad omnem copiam vberius reperi potest: Mare profecto est illud magnum, quod nunquam exarescit, sed nōs rubinde influentum vndique rerum incrementis, quasi perpetuis rivis, & fluminibus in immensem fœcundatur, vnde Augustinus exclamat.

Mira eloquiorum tuorum profunditas est, Aug. I. 12.
quorum ecce ante nos superficies blandiens confess. c.
paruulis, sed mira profunditas Deus meus, mi- c. 14.
ta profunditas, horror est intendere in eam, horror honoris, & tremor amoris.

Et vbinam gentium maius ad omnem doctrinam prædictum concessionator inuenturus est: Si Physica queritur, num hic rerum omnium causæ sunt in Deo? si Ethica? num bonorum morum lex est, & officina? si Logica? num veritas est, & lumen mentis? si Jurisprudentia? num sapientia? & æquiratis sacra- rum? si ipsa facultas oratoria? num magnorum sensuum, & acutissimarum compiectionum mater est? Quamobrem præclare Tertullianus spectaculorum amatoribus objicit *sacras litteras grande spectaculum*, & omnium Tertull. I. rerum opulentia, atque varietate refertum. Si de specta- scientia, inquit, doctrina delectant, satis est cultus. nobis litterarum, satis sententiarum, satis etiam canticorum, satis votum, nec fabulæ, sed veritates, nec strophæ, sed simplicitates. Vis pugillatus, & luctatus præsto sunt non paria, sed multa, aspice impudicitiam deieclam à castitate, perfidiam cælam à fide, sauitiam à misericordia contusam, perulantiam à modestia obumbratam, & tales sunt apud nos agones, in quibus ipsi coronam: Accedit quod eius fructus, non vnius duntaxat sint tempestatis, sed omnium temporum, neque tantum ad eum, sed ad medelam, quo sit, ut recte cum illa arbore Apocalypsis comparetur, de qua dixit spiritus veritatis.

Et ex vtriaque parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim per menses singulos, reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.

Quisquis igitur serio concessionati volet, scriputram, longe aliter, quam ille Macedo Homerii Iliadem, non in pretiosissimo scrinio, sed

Ccccc 2 in

in ipsis gerat medullis, ac visceribus, & quoties ab ea deflexerit, toties se extra elementum suum peregrinari existimet. Quod certe studium insigni figura commendare voluit Deus, cum Ezechielem ad praedicandum mittens, si li haminis (ait) comedere volumen istud, vbi Hieronymus, nisi ante comederimus aperatum volumen, docere non possumus filios. Israel.

Interpretes scriptrura, qui legendi.

Porrò ad sacrarum literarum lectionem, caute, & reuerenter aggrediendum est, neque enim existimandum cum Ciceronem, & Virgilium sine interprete legere tyronibus religio sit, licere. Vnicuique illotis, quod aiunt, manibus tanta tractare mysteria, & diserte quidem in ea re praeludent sanctorum Patrum interpretationes, quas instar micantium stellarum præpotens Deus in hoc Ecclesiæ firmamento deficit. Quæ ad historiam Hebream, & Graecam attinent, discimus ex Hieronymo: Allegorias, sensusque anagogicos recludunt Origenes, & Ambrosius. Aptas ad instituendos hominum mores sententias deducunt Gregorius, & Chrysostomus; locis obscuris, & perplexis difficultibus impeditis, Augustinus prefert facem: Breuem, & facilem interpretationem subiicit Lyranus. tyronibus non contempnendus. Omitto Tychonij Regulae, Tychonij, explicatur. Ati volumen isagogicum, & Martinij Hypotheses, quæ canones, & regulas ad varios & D. Aug. l. 3. de do- scripturam sensus elicendos tradunt, & rot yeteres, nouisque interpretes, quorum Catalogum apud Bellarminum, & Possevini num licet videre. His ergo ducibus facilior sternetur via, ad sacrorum oraculorum intelligentiam, quorum immensa solet esse profunditas.

Historia Ecclesiastica cognitio. Atque cum multa ex Ecclesiastica historia pendeant ad sensus præsentim literalis rationem dignoscendam, ea non impigre legenda est, quam Baronius omni laude maior omnium locupletissime digessit. Annotandi præterea in aduersarijs loci communes, ex ijs, quæ quotidianis teruntur lectionibus, sive ad docendum aliquod dogma, sive ad confutandos errores, sive ad morum, & vite institutionem, sive ad virtutes inflammandas, sive ad peccata redargenda, & cetera huiusmodi. Quamvis enim omnia nunc istis sylvis, & collectaneis affluere videantur, tamen quod quisque sibi priuato labore de legit, & meditatus est, hoc magis putat suum, hoc securius profert, & utilius.

Hic non segniter videtur incalcaendum He-

braicarum literarum studium, quarum vim, Hebræa pulchritudinemque demiratus Amelius scriptor Grecus Piorini discipulus, fati co- gitur, in Hebreæ lingua, quam barbaram Gre- corum more appellat: permagnam esse em- phasm, breuitatem, perspicuitatem, minus quidem varieratis, quam in Græca, sed minus ambiguitatis, eius autem verba, quia rara sunt, testimonia subiiciam *Iχειδ βαρβαροντορα*, πολλὴν μὲν εὐφασιν, πολλὴν δὲ συντονίαν, Αμελίας τε ἐλέσθιον μετάσχηκε, καὶ πολλὰ κιλία, καὶ τὸ πλήθες τῶν λέξεων.

Quamobrem, ut numini præstantiores cen- sentur, qui mole exigui, maiorem pecuniam summane complectuntur, sic omnium præclarissima, vel eo titulo dicenda est lingua Hebreæ, quæ tanta vocabulorum raritate, tortuosa pondera comprehendit: Antonius Possevinus noster, vir acerimi iudicij, prudissimum consilij in libro secundo bibliotheca, vbi de studio diuinæ scripturæ tractat dis- fusi, Hebreac lingua commendat his verbis. Ottam cum hominis creatione Hebreac lingua fuisse, atque adeo institutam, qua præcipue mysteria diuinæ sapientia exponerentur certissimum est: In ea vero esse tota sacramenta, quæ sunt littera, tota mysteria, quæ puncta, tota arcana, quæ apices, est quoque verissimum, ut non immerito ipsa veritas di- xerit, non præteritum à lege vnum iota, aut vnum apicem donec omnia fierent: Itaque & iure vocata est sancta, quandoquidem myste- ria omnia sanctissimæ Trinitatis nomenque ipsum Dei ineffabile, & ceteraque ad sanctificandas animas in ea continentur, tanquam in abyssis profunda secretorum, quæ nunquam possit exhaustiri.

Ea quoque potissimum, ac nobilissima par- tes vniuersi, quæ conspici possunt, sua, quæ que primum nomina, sortitæ sunt, qualia ccelum, terra, mare, lux, nox, quæ & homini- bus ipsis imposita nomina complexa est: Quorum significatio totidem elementis, eodem que singularum partium pondere constans, in alijs linguis non est. Præterea nullum idioma, vel pronunciationis integritate gra- tius, vel simplicium verborum gratia rbe- ri, quæ significatione ipsa, aut significandi modis distinctius esse intelliguntur, qui hanc linguam didicerunt. Hæc ille. Adde quod Ha- ymo in 1. ad Corinth. 13. Hebream linguan Angelicam nominari ab Apostolo dicat, Corin-

quod eius usus proprius in celo futurus sit post resurrectionem, cui assentientur Remigius Viualdus, Ioannes Cardinalis, Viguerius, & alii.

Quod si obijcas viros sanctos, & excellentes Theologos, puta D. Bernardum, & D. Thomam, hoc studio caruisse, respondet minus forte fuisse necessarium, ijs temporibus, quibus erat *vnum fidei labium* in viuierfa Europa: Nunc autem in tanta Haereticorum perfidia, & calliditate, quæ potest esse cunctatio? Itaque D. Augustinus, & ceteri Patres, quod ipsi fortasse rerum, & occupationum pondere oppressi prestatre non potuerunt, hoc aliis ut faciant, suadent, vel si minus possint, ad eos, qui fuerint peritiiores huius lingue, & in fide Catholica sanis, quam diligentissime recurrent. Nec minus excolenda Graeca est, ut noui testamenti, ut septuaginta Interpretum, & Aquile, & Symmachus, & Theodosianus, maximè vero Greecorum Patrum intelligentiam assequamur, non quod velim concionem Hebraicam, arque Hellenisticam frequentibus intingi: est enim apud populares aures odiosum, verum extra conciones facio oratori sepius cum doctis hominibus agendum est, differendum, concertandum, quo linguarum praesidio, nisi tunc armatus fuerit, aut inficiat suam fatetatur, aut temeritatem prodat necesse est. Quamobrem linguarum studium iuuenibus summopere videtur excendum, cauendumque ne in Hebreis vana quadam difficultatis opinione quasi *Taraxippe* in ipso primordijs hebescant. Non est ea lingue, quæ putatur austerior, nihil conanti difficile, modico tantum in ipso limine labore opus est, exsorbenda literarum, & coniugationum elementa, maxime ex Bellatini institutionibus, quæ ceteris methodo, & claritate praeludent, mox eiusdem expositio in psalmum trigesimum tertium aggredienda, author cum preceptis Grammatice coniungendus. Ita quicquid operose videtur difficultatis plenum, subito defringetur, & legentibus mirabilis occurra suauitas. Qui nunc esse vult, quod est in veteri proverbio, frangit nucem.

Neque aliam ferme ob causam, quam ob quotidianas, partim in concionibus, partim extra conciones cum omni genere hominum congressiones, oportet controueriarum, & Conciliorum, & Canonum, & practicæ Theologiae, quam casus conscientie appellamus.

concionatorem esse peritissimum, hæc enim omnia ad scripturam referuntur, & communis quodam vinculo inter se complexa continentur.

Hac vbi Panoplia fuerit instructus concionator, iam ad concionem descendat. In qua constituenda duo specta, materiam, & formam.

Materiam appello argumenta, quæ in concionibus tractari solent, formam ipsorum commodam tractationem. Rursus materia alia prima est, alia secunda: prima thema est *deletus*, ex sacra scriptura, quod ad dicendum propinquit, & licet illud quidem videatur in promptu elle, tamen non minimæ est prudentię, ea feligere, quæ rebus, locis, temporibus conueniant, questiones altas, subtile, ambiguas, controuersias, vbi nihil opus est amputare, contra, ea quæ ad mores instituendos potissimum faciant, & preclaram habent morata speciem eruditiois arripere: In quo certè prudentes viros magnum delictum, & iudicium adhibere video. Porro scriptura themata, alia sunt exornativa, ut que varietas.

ad Beatæ Virginis, & Sanctorum laudem attinent, alia adhortatoria, in quibus magna pars concionum est collocata, ut que ad penitentiam, charitatem, patientiam, & similes virtutes adhortantur. Alia sunt in eodem genere reprehensoria, ut que in corrigendis hominum vitis versantur. qualia sc̄pē sunt Prophetatum oracula, cum improbis cœlestes minas intentant. Alia consolatoria, ut que ad pusillanimes, & abiecitos recreandos, permulcendas humanæ vitæ misericordias, & spem in Deum excitandam potentissima sunt. Alia didascalica, ut que in questionibus explicandis desudant, quæ agunt de fide, purgatorio, visione Dei, &c. Alia ab hac sublimitate paulò demissiora, & magis familiaria vocantur institutiva, que in formanda vitę disciplina, & tradendis preceptis sunt occupata, qualis est Clementis Alexandri Pédagogus. Alia denique mixta, quæ variorum generum suauem quandam temperiem complexa sunt, & hæc quidem longe probatoria, nam in uno genere tota concione versari plus habet aliquando tedi, minus utilitas.

Materia secunda continet argumenta, & loci communtes, quæ ad illustrandum thema propositum afferuntur. Petuntur autem ex locis partim communibus, partim etiam propriis, loci communes illi sunt, de quibus li-

Ccccc 3 bro

bro 4. differuimus, definitio partium enumera-
ratio, genera, causæ, effecta, adiuncta, & ce-
tera, quæ non minus ad sacram, quam profa-
Loci Theo- nam Rhetoricam attinent. Loci Theologorum
logici.

magis proprii sunt, scriptura, traditiones, Ec-
clesie vniuersalis auctoritas, sacerorum Conci-
liorum decreta, sanctorum Paetrum, & aliorum
faniorum interpretum commentationes, ius
Canonicum, historicorum Ecclesiasticorum
recensita, & quæ ex ijs fluunt argumentis re-
uelationes, promissiones, communiationes,
vaticinia, figuræ, allegoriz, parabolæ, sacra-
menta, ceremonia, quæque magis singulare
sunt sumpta ex prædestinatione, prouidentia
Dei, iustitia, bonitate, amore, cuiusmodi sunt
illustratio nominis Dei, gloria Christi, vo-
luntas, & præcepta diuina, Angelorum custo-
dia, orationes Sanctorum, virtutis plendor,
peccati turpitudine, magnitudo præmiorum,
ac penarum, consuetudo, & experientia re-
rum, natura dictamen, conscientia testimoni-
um, Ecclesia utilitas, proximorum edifica-
tio, & offensio, miracula, consolationes spiri-
tus, remedia sacramentorum, humanae vite
misera, vanitas, avaricia, mors certa, & in-
certum eius tempus, hostium nostrorum actu-
tia, mundi peruersitas, & similia, quibus parce
nonnulla ex humaniorum literarum officina
poterunt interseri. Arque ut in summa com-
pleteantur omnia, totam penè rerum, & argu-
mentorum situam scriptura, Patres, & ratio-
nepediantur. Cum autem in sacris litteris du-
plex sit sensus, unus literalis, alter mysticus,
qui in allegoricum, tropologicum, & anago-
gicum subdividitur. Literalis maximus placet
doctis, & historicis hominibus; Mysticus, siue
spiritualis diffusior est, & popularibus sepe
auribus iucundior: quanquam in eo tenendus
est modus, ne insana figurarum dulcedo, nos à
corporibus ad umbras vsqueque tradu-
eat. Quo in genere sepe errarunt Philo Iude-
us, & Origenes, qui ingenij sui acumina pur-
tarunt esse sacramenta, & quæ simplici sen-
su erant interpretabunda, in varias allegoria-
rum picturas detorserunt. Quapropter allego-
ricas expositiones, ut notat Euthymius per-
sepe affecte docti negligunt, quod hi sensus
facile destruantur, & multis sint ingrati, quid
ille dixisset, si recentiorum querundam fri-
gidas parabolas legisset, qui non vereuntur.
Euthym.
in Ps. 150.
Allegoria.
vissosa.

lam, quam ascendit Christus Matthei 6. peni-
tentiam: quinq[ue] panes, quinq[ue] libros Moysi,
& duos pisces, humanitatem, & diuinitatem
Christi. Hæc dicentur, si vera illa generosi-
tate spiritus in nobis resideret? Quod vero ad san-
ctorum Patrum attrinet testimonia, nec illa vi-
derentur temere in concionibus coaceruanda,
quod plerique faciunt, qui se pulchros, & bea-
tissimos putant, si vel ad doctrinæ ostentationem,
vel ad memoriarum miraculum alia alijs ingran-
& in vernacula concione, nihil nisi peregi-
commodum lingua sonent. Quanta prudenter est
corum consilium, qui si quæ suæ è Patribus
minus speciosa, vulgari lingua pettexunt, ad-
ditis tantum vocabulis, in quibus maior vis
inest, aut gratia, sic enim, & memoriarum subli-
dium, & temporis paratur iuctum. Nam vero
non in rationibus, quæ ingenij solertia inueni-
untur, multum valent definitiones, & causæ,
& effecta, & adiuncta, & partes: flos autem, &
pulchritudo ab examini similibus in totum
corpus orationis emanat.

Forma concionum non est una, sed pro lo-
corum, temporum, personarum, argumento-
rum denique ipsorum varietate, in varias tri-
butur partes. Imperitus est concionator, qui
eandem crepidam omnium pedibus conatur
indigere, videndum est, quid cuiusque aures
ferant, quid palatum expectat, sed maxime,
quid salutem vniuersorum conducat. Rus-
sus ex materia alia subinde formarum con-
surgit diversitas, aliter enim tractatur exorna-
tiuum genus, aliter didascalicum, aliter ad-
hortatorium. Exornatiuum plus ex sua na-
tura floris expedit & facundia, licet enim om-
nis, quæ de rebus diuinis habetur oratio plus
olere debeat grauitatis, & sanctimoniaz, quam
attis, & eure, tamen fieri non potest, quia
in istis speciosis argumentis, qualia sunt, aut
Christi nativitas, aut B. Virginis encomia, aut
Sanctorum laudes, multa liquidius, & ornati-
tus effluant. Quis enim in illo laudatione Ag-
neris, quæ est apud D. Ambrosium, & acu-
minis, & flores eloquentiaz singulares non ag-
noscit, nomen virginis titulus est pudoris. Ap-
pellabo martyrem, prædicauit latus, prolixa
laudatio est, quæ non queritur, sed tencetur.
Facessant igitur ingenia, eloquentia conticel-
cat, vox una præconium est. Hanc senes, hanc
iuvenes, hanc pueri canant.

Nemo est laudabilior, quam qui ab omni-
bus laudati potest, quot homines, tot prece-
nes, qui martyrem prædicant, dum loquun-
tur.

tur. Hæc duodecim annorum martyrium fuisse traditur. Quo detestabilior est crudelitas, quæ minusculæ non peperit ætate; Imo magna vis fidei, quæ etiam ab illa testimonium inuenit ætate. Fuitne in illo corpusculo vulneri locus? Et quæ non habuit, quo ferrum recipere; habuit, quo ferrum vinceret: At istius ætatis puellæ toruos etiam parentum vulnus ferre non posseunt, & acu distracta, solent puncta flere quasi vulnera. Hæc inter cruentas carnificem impudica manus, hæc stridentium grauibus immobilis tractibus catenarum, nunc furentis mucroni militis totum offere corpus moni adhuc nescia, sed patata, vel si ad aras inuita raperetur, tendere Christo inter ignes manus, atque in ipsis sacrilegis focus trophaeum Domini signare viatoris.

Vides quan acute, & insculpta sententia, & quo errore teneantur, qui ista argumenta eodem stylo, quo cætera tractanda existimant: Longè enim diuersa sunt ab alijs, & suopè ingenui toros, atq; expositiones quamquam modestas desiderant. Idipsum in oratione Basilij de laudibus B. Virginis, & sermone Procopij Diaconi, & Cathophylacis in Marcum, ex Nazianzeni denique, & Chrysostomi concionibus facilè possumus agnoscere. Quin etiam non alium seruant ordinem, quam eum, de quo in exornatio genere dictum est; Narrant, exaggerant, at tollunt, inculcant, conferunt, exclamant, discursiones tam ad instituendos mores, aliquando longiores admittunt:

Adhortatorium minus requirit concinnitatis, sed plus coloris, sumit enim certa capita, quibus & hortetur ad bona, & dehortetur à malis, qualia sunt Dei gloria, Ecclesiæ decus, nostra ipsorum & utilitas, pena & præmia, hæc constanti nexu excutitur, virget, instat, premit, reprehendit, consolatur, ad summum plus est in affectibus & figuris sententia, quam in delectu, & sculptura verborum. Quo in genere sœpe admirabilis est D. Augustinus, nam & monendo rationum robore conuincit, & consolando plenus est suauitatis, & reprehendendo grauem quandam sanctimoniam prefert, qua non infultat, sed visceribus misericordia compatitur. Et hoc genus efficacissimum est, exemplum sit istud: Ab incantoribus, & sortilegii deterret homines aliqui istis vitis satis emancipatos, vide qua grauitate, & misericordia? Fratres mei non vos

plangam, quotidie inuenio ista, & quid faciamus nondum persuadeo Christianis in Christo fieri nisi ponendam? ecce scilicet factum est remedium, moriar, Quam multi enim cum remedij mortui sunt, & quam multi sine remedio virerunt. Quia fronde exiit anima ad Deum perdidit signum Christi, accipit signum Diaboli. An forte dicet, non perdidisti signum Christi ergo signum Christicum signo Diaboli habuisti. Non vult Christus communionem, sed solus vult possidere, quod emit, tanti emit, ut solus possideat, tu facis ei consortem Diabolum, cui te per peccatum vendideras. Vnde duplice corde, qui in corde suo partem faciunt Deo, partem faciunt Diabolo, (deinde) cognoscamus ergo agnum fratres, cognoscamus pretium nostrum.

Genus didascalicum duplice modo tractatur, vel enīm demissius ad popularem captum familiarium similibus, & actuosis figuris, ci tratta- Generis didascalico-
qua in parte, sancti quoque Augustini pru-
dentialia omnino admirabilis est, ita plerunque
quæstiones altas, & subtiles ad rudiorum in-
telligentiam format, & fingit, vt in sermone
de S. Vincentio data occasione occurrit in di-
sputationem de corpore spirituali, vide quo
artificio, quam mihi simplicitate, & candore
styli.

In sanitate (inquit) magnam est nihil sen- Popularis
tire, multa habemus intus in viscibus no- character
stris, quis ea nostrum sciret, nisi in corporibus Augusti.
nostris laniatis videret, viscera nostra in-
teriora, nostra quæ dicuntur intestina, unde
nouimus? & nunc est bonum, quando illa
non sentimus, tunc sani sumus. Dicis ali-
cui, obserua stomachum, respondet tibi,
quid est stomachus? Felix ignorantia, nescit
vbi habeat, quod semper sanum habet, si fa-
num non esset, sentiret, si sentiret, non bono
suo sciret.

Sed quamvis laudata corporis sanitatem ve-
nimus ad celeritatem motus: & inuenimus
nos plumbos quodammodo. Quanta est ce-
leritas coelestium corporum? Vis nosc quanta
sit? intueris solem, & tibi videtur, quasi non
mouetur, & tamen mouetur. Forte dicas mo-
uerur, sed tardius, vis nosc quanta celeritate
mouetur? vis ratione colligere, quod non ten-
tis aspectu si recta via ab oriente usque in oc-
cidentem, in hac terra veredis quisque cur-
rens, per quot dies perueniret, qualibet equoru-
rum velocitate ferretur, quot mansiones age-
ret? & cætera, quæ fuse persequitur, quasi
mansa in os ingereus.

Aliter:

Aliter didascalicum genus tractatur ad eruditarum aurum institutionem, doctis, & accuratis argumentis, expositione diuersorum sententiarum, cum delectu melioris, testimonijs, exemplis, elaboratis similitudinibus, & tota illa supellecile magnifice orationis, quæ interdum quanquam parcus aslumenta est.

*Dispositio
concionis.
primus
ordo fer-
me fine
arie.*

Iam dispositio quoque pro varijs argumentis varia eſſe solet.

Vna eſt sine arte, naturali cursu fluens, qualis in paraphraſi, & homilijs veterum in historijs, & parabolis eſſe solet

Paraphraſis siquidem textum sacrum exponit seruato eodem ordinis filo, singulis inſiſtens, omnia diſciptiſ, quanquam breuiſſime hic ordo interpretueri potius eſt, quam oratorum, eſt enim tedi plenus apud eruditas preſertim aures, niſi lepore, & veruſtate quādam aspergatur.

Homilia magis sapit oratorium, & adipale amplificationibus, & excursionibus ad mores inſtruendos paulo longiusculis vrens, cetero qui totam Euangeliſ ſeruen familiari ſermone percurrit, atque explicat.

Historica ſapè partitionem ſuopte ingenio ſuggerunt, vt Euangeliū de diuite epulone, euilēm diuitiis, & Lazarī conditionem in terris, deinde utriusque mortem: tertio ſatum in alia vita.

*Secundus
dispositio-
nis mo-
dus.*

In parabolis, priuim ostendimus ſcopum parabolæ, ſecundo ſignantis, & rei ſignatę commercium declaramus. Tertiis ad mores informandos deducimus. Et hæc, vt dixi, naturali fermè tenore manant liquidius.

Secundus ordo pender magis ex arbitrio, & arte oratoris, qui fit, vel cum ex toto Euangeliō, duo, aut tria, quædam capita diſciptiſ proponantur minime inter ſe cohærentia, qualia eſſent in Euangeliō de ſocru Perri, priorum hominum perpeſſiones, & invocatio Sanctorum, quæ ſanè aliquando ſe inſinuant lenocino varietatis, quod facile fit in multis argumentis afferre aliqua in medium ſpectabilioris noſte, minus tamen habent ordinis, & nescio, an magis fructu, & vtilitate reſpondent.

Pulchrius igitur res procedit, cum ex toto Euangeliō ea diliguntur capita, que ordinem, & nexum habeant, vt ex uno in aliud commoda ſuccedat digreſſio. Sic in Euangeliō de ſurdo, & muto, priuim tyrannis Dæmonis oſtendetur, deinde, quo pacto aduersus

animas Dei characteres ſignatas eadem exercet: tertio qui inde, & quam terti, ac funefi conſequantur effectus.

Solēt autem iſtud accommodatius fieri, cū in ipſo themate, ſententiaque ad dicendum proposita, quaſi fruges in ſemine, ſic tota viſ, & ratio concionis includitur, vt in illo, Diligēs Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Si dicatur de actu dilectionis, de obiecto dilectionis, rationeque diligendi; Sed quod etiam videtur ingeniosus, in vna plerunque vocula tota concio fundabitur, vt in illud Calicem meum biberis. Si datur de dupli ci calice Babylonis, & Christi.

Denique ſapè non tam ſpectantur verba, quam ipius Euangeliſ ſcopus, in quem recta collinetur, & inſtituitur oratio, modo de ieu- no, modo de charitate, & de qualibet alia inſigni materia. Methodus autem, proprieſ ſolertia permittitur, que ſumit argumenta, nunc ab vniuerſis capitibus, vt antiquitate, honestate, vtilitate, nuncā cauſis, qui mos frequentiſſimus eſſe ſolet, nunc ab adiunctis ſezum, nunc utrīque allatis ſententijs quæſio diſceptatur, & diſſoluitur, ceterisq; eiusmodi induſtria adminiculis roboratur.

Tertius modus, qui ſolet habere aucep- um quoddam nouæ, & grata delectationis, *Terminus* ſiſt ſymbolicus: cum thema per ſymbola, & *modo* imagines traſtacatur, quod varijs modis conti- *symboli-* *mo-* *par-* *mo-* *di-*

Vel enim ſumitū historia, vt ſi conciona- tor de obedientia dicturus, Iſaacum ſub pa- *modo* *symboli-* *mo-* *par-* *mo-* *di-* *mo-* *di-*

terno culto effigiet, & in hoc typō omnes obediētiae proprietates, atq; ornamenta pro- ponat.

Vel adhibetur tantum ſimilitudo, vt cum ſub agroti imagine tota poenitentia ratio ex- pli- caratur.

Vel allegoria, vt cum iudicium in libro ſep- tem ſigillis obſignato proponitur, vel per continuam antithefin Apostoli cum luce, & ſale allatis utrīque proprietatibus confe- runtur.

Vel certè illuſtris aliqua figura instarem- blematis depingitur, in cuius explicatione, variarumque partium accommodatione tota demum opera inſumitur. Vt ſi de prouiden- tia dicturus, pro fundamento ſumas Ezechie- lis visionem, & mystica animalia, in quibus eandem exprefſam fuſſe Apollinaris, atque post illum, Polychronius censuit.

Vel ſi de patientia ſermonem facturus, pri- *modo* *symboli-* *mo-* *par-* *mo-* *di-* *mo-* *di-*

Tertull. de bus Tertullianus non ignobilis artifex depinxit. Vultus illi tranquillus, & placidus, frons pura, nulla merois aut ira rugositate contracta: remissa & que in letum modum supercilia, oculis humilitate non infelicitate deicitur, os taciturnitas honore signatum, color qualis securis & innoxius: Motus frequens capitii in Diabolum, & minax risus, ceterum amictus circum nocte candidus, & corpori impressus: ut qui nec inflatur, nec inquietatur. Sedor enim in throno, spiritus eius mitissimi & mansuerissimi, qui in turbine gloomeratur, non nubilo livet, sed est tener & simplicitas apertus, & simplex, quem tertio vidit Helias. In eodem genere est currus auaritiae apud Bernardum.

Avaritia rotis vehitut quatuor vitiorum, quae sunt pusillanimitas, inhumanitas, contemptus Dei, mortis oblinio. Porro inuenta trahentia, tenacitas, & rapacitas, & his unus ariaga ambobus praesidet habendi ardor.

Hac amplam dicendi metatem suggestunt, sed ut libere fatear, hic modus nisi summa prudentia, & dexteritate tractetur, ostendit quippiam iuuenile; & leuiculum, quod momento temporis deflorescit; Idcirco haud co-
trarium probari institutum, qui nunquam ac-
quiecent, nisi per symbola, & imagines con-
cioata fuerint.

Quartus modus per paradox. Quartus modus est per paradoxum, cum quodam à communis, & plebeio sensu abhorre, quales sunt in Christiana disciplina permulta, grauius, & copiose tractatur, qualis est illa D. Chrysostomi, quod nemo leditur nisi à seipso. Idcirco nouitatem actionis excusat in ipso limine, id a p[ro]p[ter]e exhortatione, neque prosta ne parva ne xenia neq[ue] r[es] y[n]t p[ro]p[ter]e m[od]estis, q[ui] a[re]ctantur s[ed] 88-
l[et]eris in d[omi]n[u]m o[mni]bus t[em]p[or]ib[us] de vo[ce] p[ro]p[ter]e q[ui] s[ed] p[ro]p[ter]ea
d[omi]n[u]m x[er]citois u[er]o v[er]o t[em]p[or]is, q[ui] p[ro]p[ter]ea d[omi]n[u]m
d[omi]n[u]s o[ste]r[us] t[em]p[or]is d[omi]n[u]s. Scio fore ut cras-
fioribus quippe presentibus rebus inhibent, ac
terra sunt affixi, & sensuum voluptatibus ser-
uunt spiritualibus, non admodum dedit noua
h[ab]et, admirabiliaq[ue] videatur oratio.

Quintus modus per dialog. Video & quintam quandam formam, per dialogos, & prosopopeias induci, & dramata, & senatus consulta, & actiones iudiciarias fieri in concionibus, de qua viti prudentes vide-
rint, sed nisi præstans quodam facultas, & in-

dustria hanc agendi rationem ineat, periculum est ne incidat in vitium. Hæc de varijs characteribus concionum.

Nunc de partibus concionis videamus, no- *Partes*
lo concionatorem indisertum, nolo nimis *concionis*, oratorem esse, quo virtus laborant nonnulli, qui veteres quasdam partitiones è schola religiosius obseruant, exordia, & narrationes, confirmationes quoque & perorationes scrupulose digerunt, & artificium suum, vel potius infantiam produnt. Non enim Dei spitu-
tus schole legibus vincetus tenetur, quam-
quam nec scholastici Rhetores, hinc parti-
tum numerum semper necessarium esse vo-
luerunt, sed partitionem duntaxat, & proba-
tionem. Primum igitur illi aditus prolix, fluentes, calamistrati, toti à scris concionibus
relegentur, si longior fuerit in exordio, statim
audidores permulti prolixitatem sermonis for-
midanter demittunt (quod aut ille) auriculas,
ut inqua mentis aselli, si comptior, dabis
suspicionem fuci, ubi minime fecutum esse
oportet; si extra rem vageris, ad metum te tra-
cita reuocabit omnium conscientia. Raro con-
tingit, vt orator, vel à se, vel ab auditorum
persona debeat exordiri, si tamen euentus ali-
quis suaserit, non veto, sed parcer, & prudenter
faciendo moneo.

Quæ igitur exordia, inquires, apta sunt con- *Exordia*
cionibus? Primum ante preicationem video a- *concionis*.
pud graues personas placere simplicem rei expositionem, & totius concionis diuisio-
nem: neque enim istis assentior, qui putant
senile, & frigidum partiri orationem, quod
longe sit ingeniosius artem occultare, & au-
ditorem toto tempore suspensum tenere.

Procul ista artis, & ingenij argutia, qua
me duclurus est orator lubenter inspicio, viam
tenenti gratius est iter, hospes, & peregrinus
in rebus languet citius. Nolo qui me
suspendat, & cruciet, volo qui me doceat. Nec
verendum est, ne quid nimium lucis habeat
oratio, tarius istud peccatum est, veniam sta-
tim metetur.

Ne quid tamen dissimilem, simplicem i- *Logage*
stam retum diuisiōnē nimis austera, & sic- *orationis*.
cum exordium nonnulli putant: Dandum erit
fortasse quidam auribus plenus, si res vide-
atur expetere. Post preicationem, inlari iusti,
& maxime proprij exordij, fieri solet, quæ à
nonnullis λόγοιν ιατρών introductio sermo-
nis appellatur, quæ sic cum brevis quodam,
& grauis dissertatio instituitur, quæ rectā in
Dddd mate-

materiam propositam influat, ut genus in speciem. Haec ratio exordiendi pulchra est, & antiquis familiarissima, sic D. Chrysostomus in sermone de S. Andrea, *inuenit hic prior fratrem suum*, apte exordium dicit à communione mutui cuiusdam amoris, quem hominum pectoribus Deus indidit. Cum à principio, inquit, Deus hominem fingeret, noluit solum esse, sed largitus est mulieris auxilium, & ut una cohabitarent instituit. Sic in parabola de seruo negauam, & in locum crudeli, ubi exemplum statuit de misericordia, & iustitia, aptum erit exordium, si dicatur: Mundum quasi duabus columnis ijsdem virtutibus sustineri. In id quoque genus commode incident axiomata Theologica, & Philosophica, parabolae, exempla, similitudines. A simili exorditur D. Augustinus sermone 22. *aurum de terra elixeret, qui non erant, ubi diuitem senserunt venire, ibi quicquid artis est, quicquid laboris impendunt.* Et Theodoretus nobilem orationem de prouidentia à similitudine pescatorum ad *τὸν δακτύλιον ἀπὸ τοῦ θυετοῦ οἴηται σορτίζεσθαι*. Item orationem de natura hominis, à simili de magnete cum sacris litteris, & sermonem 11. ab Aristippo *μητρόδιάκτῳ*. Ceterum caudendum ne ista sermonis Iagoge primum sit aliena, deinde ne nimis prolixa, sed concioni prudenti quadam mensura dispensetur.

D. Aug. de S. Vincen- Alia exordia rem statim aggrediuntur, & prima aggraffione tangunt, ut *In passione, qua nobis recusat est, evidenter ostenditur Iudeus ferox, tortor cruentus, martyr insuetus.* Alia fiunt ex abrupto, ut apud D. Basilius, *Leorugiet, & quis non timebit?*

Proposito & confirma- Narratio nulla est in concione, quæ propositum necessariò consequatur, multæ tamen occurunt παραδύνεις (ut Græci appellant), quæ si appositè hant & ex optimis afferantur authoribus, frugiferæ sunt, & plebejus præferunt auribus perieundæ. Porro narrationis locum tenet propositio illa generalis, in qua tanquam in cardine tota vertitur concio, huic succedit confirmatio, porifissima pars orationis, varijs constans argumentis, vel si quid recessendum occurrat, confutatio. Claudit totam concionem, peroratio, quæ fieri solet, non scholastico stylo, ea scilicet repetendo ad ostentationem memoriarum, quæ per totam orationem longè, lateque sparsa fuerint, sed per acrem quandam exhortationem, quæ vel no-

vas, easque potioris notæ rationes continet, vel certe iam delibatas robustiore quadam vi, & lacertis imprimit, ut infixos aculeos intimus auditorum pectoribus relinquit. Per apostrophen, aut abruptum finem facere inuenit aliquando, modo ne quid nimis frequens, & affectatum.

De elocutione quid attinet plura dicere? *Elocutio* cum putem me in hac parte Logozalo ho- *conveni-*
mini imprimis diserto fatus fecisse. Etiam vos *Carissi-*
censetis, & amplectimini, quod summis con-*Regim-*
cionatoribus placere video, qui de sacri orato-*re*
ris eloquitione haec præcipiunt. Habet elo-*quientiam sine affectione, candorem sine furo-*
ritate, non hebet, non redundet luxuria verborum,*Basili-*
sed neque sit sterilis; sit suavis non ingrata; sit*Selene-*
modice accurata, non vilis, nec abiecta, nec*in se-*
hum repens; ante omnia sit viuida, spirans,*de S.*
fucci plena, & roboris, modo vbiq[ue] sit etiam*nace-*
apta. Quæritis etiam an numeros, & figuræ*longitu-*
proben: dixi antea religionem non plane re-*tium-*
nunciare ingenio, sed eius vim, & impetum*re-*
moderati, nolo aucupem syllabarum fieri con-*egre-*
cionarem, nolo periodos circumtendere, nolo*desca-*
anxia quadam lima cruciare, puerile enim*Conciu-*
vitium est, & vix in ipsis rostris ferendum, cer-*nitas,*
ta tamen interualla, quæ fluere solent, vel me-*nos figura-*
diocriter exercitatis non veto. Addo etiam fi-*que-*
guras, sed quas? non Neronianas, aut Glyco-*ista resellatæ orationis leueula quædam cho-*
nias, quas doctas fortasse inepti dixerint, nos figura-*ragia tyronibus pueris relinquamus, qui*
ista resellatæ orationis leueula quædam cho-*quam sp[iritu]e Porcæ naribus aureas armillas im-*
perit, ex scholis nostris possimus. At nos pri-*ponunt, ex scholis nostris possimus. At nos pri-*
mum caucanus, ne accessita sint nostræ figura-*mo-*
& quasi meditatae, ne prodeant ex umbra-*tu-*
culis, non quidem vocate, sed irreptæ, deinde*cal-*
se ostentent hilarius, mox iactent etiam in-*stans:* haec enim eloquentia iuuenilis est,*de-*
& à pijs sensibus ad Sirenum. cantus animo-*scit-*
auocat. Figuræ assumentæ sunt, partim vni-*lum,* & strigofam orationem vindicent*gen-*
ab humilitate, & sororibus partim ut nimis au-*gentis;* H[ab]et Rex noster ira bea carnis induens, de SS. Iusti
steram modico quodam cultu exhibent partim etiam ut motus celerius vibent, impi-*aula.*

anula vteri Virginalis egrediens, visitare dignatus est mundum: hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator migrans in cœlum, &c. quæ ille fuisus prosequitur, in quibus apparet quidam ornatus, sed minime adfictius, ac importunus; deinde, quo dictio[n]is ad grauitatem temperamento nolle vos arbitror.

Descript. Eadem lege admittuntur descriptio[n]es, non in parergis, vt ludant in describenda crepida, aut equo phalerato, aut venustula mulieris facie, sed vt motui, qui imprimendus est familiantur. Quamobrem & in sermone de SS.

Innocent. Basilus Seleucia præclara hypotyposi describit infantes illos miseros, cunctantes, ad gladiorum fulgorem conuentibus oculis in vias matrum reflexos. Matres furentibus similes, aliam alio per urbem discurrentes, cum illis miserabilibus suis oneribus locum fugæ querentes; alias lacero amicu[m], alias protecto fugientes; alias sparsa comi filios in umbrae; aliam se cuius proprie[n]tem; aliam apprehensam, qua timore diriguerat, & manantes lachrymis oculos, aspectumque partim ad tristitiam enigmam imperium patrim ad innocentis animulam, qua tamen etat sub iactu, diuidebat, alia que se ferentibus per confertissima tela irruens opponebat aliam que stupore prius, quam soboles eius vulnere contuerat. Hæc quidem grauiæ sunt, & ita martyrum perpetio[n]es, inferorum cruciatu[s], æternæ vita[rum] delicias, peccatorum turpititudinem suauissimi patres plenique describunt, sed in extraneas descriptio[n]es, que nihil habent præter pompa[m], nunquam degenerant.

Addo frequentiores esse debere figuræ illas, quæ ad docendum faciunt, quales sunt interrogatio[n]es, responso[n]es, dialogi, quam cæteras, & certè in ijsdem multis est D. Augustinus, quo sit vt illam vim torrentis ingenij plebeis etiam auribus quam familiariter attemparet, vt, querit aliquando humana curiositas, Et dicit sibi, putatio[n]e per illud spirituale

corpus videbimus Deum? Cito quidem responseri posse, in loco non videtur Deus, per partes non videtur Deus, spatiis diffusus, intercalatur separatus non videtur Deus.

Hæc, & similia ad perspicuitatem orationis multum iuvant, in motibus, & affectibus, quos diuinus orator à Deo potissimum mentum Domino flagitare debet: multum dominantur vehementiores sententiæ figuræ, vt exclamatio[n]es, querio[n]es, conuersio[n]es, deprecatio[n]es, fermocinatio[n]es, & cætera, de quibus alijs differendi locus. Accedat ipsa corporis eloquentia, pronunciatio, quæ elucet in voce clara, aquabili, varia pro rerum, quæ dicuntur natura, familiari, presentim, à natura, corporisque constitutioni accommodata. Gestus rerum, sententiæ umque naturam sequatur, gaudeat concionator moderata grauitate, ac naturali decoro, sit vultus serenus, & ita se componat, qualem decet eum, cuius vt tota vita, sic actio pictura quadam esse debet decorata honestatis. Hæc vobis ἐν τόπῳ: nunc, vt cum sapientissimo doctore Gregorio claudam, si tote, concionis, siue multitudinis corpus, cui verba facere oportet, instar esse variae curvidam, ac multiplicis belluz, ex multis animantibus magnis iuxta, parusq[ue], nec non ferre, ac multibus confitæ, quam qui verbis circumare, & ducent agreditur, huic in natura adeo præpostera, & prodigiosa gubernanda maximus procul dubio subeundus est labor. Απλος vt tam simplex sit conscientia, quam varius, κατά τὸ & multiplex scientia, ad omnium animos apte ὄρθοτητα compositeq[ue] sibi adiungendos, & unicuique παντοδα distribuendum τὸ τὸ λεγουσι τοιχιον demen- πός κοδ sum sermonis: itaque prima pars, & ferme tota πονιλο, huius sacræ eloquentiæ prudentia est, & per κατά τὸ petuum cum Deo commercium, tanti enim πρός sumus omnes, quantum ab eo cœlesti fonte πατορ ῥικτωσθο, respurgimur, à quo omnis ab æterno manat, & manabit opulentia.

**

Dddd 2

CHRY-